

# PROSPECTUS

## Tituli XIV. de Superioritate territoriali Statuum Imperii.

### I.

**S**uperioritas territorialis (1) est Potestas Majestatis æmula (2) singulis Imperii Statibus (3) in Territoriis (4) suis competens, vi cujus, quisque illorum omnia Jura ad privatam Civitatem suam ritè gubernandam necessaria (5) intra ejusdem Fines (6) ad Normam Legum Imperii fundamentalium (7) propriâ exercet Auctoritate. (8)

(1) Quæ variis Imperii Vicissitudinibus suam debet originem, Proceres scilicet ecclesiastici, largioribus sensim Terris, juribusque regalibus instructi, tum Principes sæculares, Comites, atque Dynastæ, Terris suis jure hæreditario potiti, tanquàm Domini territoriales [Landesherren] ad ipsum civile Imperium proprio nomine exercendum aspirantes, mediântibus partim terrarum illarum incolis, ipsi partim Imperatoribus tacitè vel expressè indulgentibus, hanc tandem Superioritatem territorialem [Landes-Hoheit, Landes-Herrlichkeit] ad hodiernam deduxerunt perfectionem. Vide Dav. Ge. Strube. Nebenstunden. T. IV. p. 1. seq. von dem Ursprunze der Landes-Hoheit in Deutschland: & T. VI. p. 225. & 513. item: vernichtigter Beweis der Reichsstände völliger Landes-Hoheit vor dem großen Interregno. Hann. 1758. -- Gottl. Sam. Trever. de origine nominis Superioritatis territorialis è Gallia arcessenda. Helmst. 1732. -- huc facit: Schröteri Oesterreichisch-Staats-Recht. T. IV. p. 23. seq. -- cf. Constitutiones FRIDERICI II. Imp. de a. 1220. & 1232. de Juribus Principum ecclesiasticorum & sæcularium. in Corp. Jur. publ. p. 3. & 6. -- Hæc Superioritas territorialis, & CAPITULATIONIBUS & PACE WESTPH. perpetuè firmata, jam omnia Imperii civilis jura comprehendit, nisi quæ CÆSARI adhuc reservata supersunt, quæ tamen ab eodem non ampliùs vigore Superioritatis territorialis, sed solâ exercentur Auctoritate Cæsareâ. Pütter. Instit. Jur. publ. L. I. C. 3. §. 28. -- Vide Capit. art. 1. §. 2. 4. 8. & 9. -- art. 15. §. 1. 2. - I. P. O. art. 8. §. 1. -- cf. Nic. Lyncker de Superioritate territoriali. Lips. 1730. -- Jo. Nic. Hertius de Superioritate territoriali, in Opusc. T. I. Vol. 2. p. 183. sqq.

(2) Quatenùs Imperium univèrsim spectatum unam constituit Rempubl. cui repugnat Pluralitas Majestatum: unde Statuum in suis Territoriis Potestas tanquàm ab univèrso Imperio dependens, non tam propriè Majestatica, quàm potiùs æmula Majestatis, rectiùs definitur à D. D. Publicistis. Vide infra N. 7. & 8. -- cf. Frid. Hornius de Civit. Lib. 2. C. 7. §. 5. -- Vitriar. L. 3. T. 15. §. 6. & 8. -- unde patet differentia, quæ intercedit Majestatem in Imperio, alioque Regno libero inter & Superioritatem hanc Statuum territorialem in privatis suis Ditionibus. Vid. Vlr. Obrechtii Epist. ad R. Ludovicum XIV. sur la distinction du droit de Domaine supreme, d'avec celui de la Superiorité territoriale. In Prodr. Alsac. inter P. o. at. p. 175.

(3) Quatenùs Votum & Sessionem in Comitibus, insimulque Territoria habent ab Imperio immediatè dependentia; Vid. R. I. de a. 1654. §. 197. -- Undè Superioritas territorialis non nisi de Statibus prædicanda, Nobilitati immediatæ [der unmittelbaren Reichs-Ritterschaft] nequit vindicari. Vid. de Cramer T. 2. P. 1. Obs. 537. de terris Nobilitatis immediatæ. -- Pfeffinger ad Vitriar. L. 3. C. 15. §. 12. -- Pütter l. c. §. 443. -- cf. Capit. art. 15. §. 1. -- contra Jo. Laur. Schmidt de Superioritate territoriali Nobilium Imperii immediatorum. A. t. o. ff. 1708. -- Mich. Grass. de Nexu Ordinis Equestris immediati in Sueviâ, Franconia, & terra Rhenensî erga Cæsarem & Imperium, Altorff. 1715. -- quibus oppone: Stryckii Diss. de Jure Baronum. Hal. 1696. -- Jo. Wilh. Goebel. de Statu Nobilitatis germanicæ, Helmst. 1719.

(4) Scilicet immediatis, tum Ecclesiasticis, tum Sæcularibus sive clausis, sive non clausis, feudis vel Allodiis, aut mixtis. -- Vide Andr. Wagener Diss. de Distinctione terrarum Germanicæ immediatas & immediatas. Lips. 1752. -- Jo. Casp. Barthel. Regale Sacerdotium in Ecclesiasticis S. R. I. Principibus pro Ecclesiæ & Imperii felicitate refulgens. Tom. I. Opusc. p. 313. -- Heur. Hildebrand de territorio clauso & non clauso. Alt. 1718. -- Chr. Thomafius

de inutilitate Brocardici: quæ sunt in territorio præsumuntur esse de territorio. Hal. 1709. -- Ge. Frid. Aug. Dathe de falsitate vulgati: quidquid est in territorio, præsumitur esse de territorio. Goett. 1753. -- Menckenius de vi Superioritatis territorialis in territoriis Imperii clausis. Lips. 1712. -- Jo. Bath. Wernher de Probatione Landfasciatus ex situ terrarum. Witt. 1718. -- Burc. Struv. de Allodiis Imperii. Jen. 1734. -- Jo. Andr. Frommann. de Condominio territoriali. Tüb. 1682. -- de Senkenberg de Condominio ceu Ganerbinatu. Goett. 1741. -- Jo. Wilh. Waaldschmidt. de conditione diversarum Regionum Germaniæ. Marp. 1714. -- Gottl. Gerl. Titius. Diff. de habitu Territoriorum Germ. & inde veniente totius Reipubl. formâ. Lips. 1705. -- cf. Jo. Wilh. WALDSCHMIDT. de coalitione diversarum Regionum Germaniæ. Marp. 1714. -- Ahasv. FRITSCH. de Unione & Incorporatione Bonorum cum primis Provinciarum. Jen. 1672.

- (5) Sub quibus potissimum intelliguntur omnia & singula Regalia essentialia, quæ ex ipsâ Superioritate territoriali, ceu supremo per Territorium Imperio promanant, quæ ad eum ab alio quam Principe exerceri, atque à Persona Principis nequeunt separari. Vnde adparet, hisce nec comprehendi Jura Cæsari expressè reservata, nec Regalia accidentalia, quæ ipsi non sunt Imperio territoriali, atque ad eum Subditis quoque, salvâ erga Principem subjectione, possunt competere. Vid. Just. Ge. HEYSER. de Distinctione Regalium in essentialia & accidentalia. Goett. 1755. -- Sollicitè verò cavendum est, ne omnia Jura, quæ Principis sunt, statim Regalibus accenseantur, plurima quippe Jura, quæ in Forestis, aliisque Rebus suis exercet, non tam ex naturâ Superioritatis territorialis, quam ex ipsâ Domini indole sunt derivanda: quâ Cautione neglectâ, in immensum excrescere, ac vel ad eum lepida inde enasci mirabimur Regalia V. C. Hortorum, Pratorum, Anserum, Leporum, Capillamentorum, Vini, Canum &c. teste Aug. LEYSERO de Assentationibus J. C. & Doctrinâ de Domaniis C. 3. S. 2. §. 10. seqq. Holmst. 1441. -- Vid. Georg. JARGOVIVS Einleitung zu der Lehre von Regalien. Rost. 1757.
- (6) Vnde ab ipsâ Superioritate territoriali exactiùs distinguenda sunt Jura particularia, Statibus extra suos Fines, ceu in alterius sepe Territorio competentia ad modum Servitutis, & quidem vel Jure feudi, vel ex Privilegio, vel ex Pacto, aut demum Præscriptione, qualia sunt: Jus Aperturæ, Albergariæ, Cursus publici &c. vid. Chr. Jo. Conr. ENGELBRECHT. de Servitutibus Juris publici. Helmst. 1715. -- Jo. HEUMANN. de Characteribus Superioritatis territorialis cautè designandis. Alton. 1749.
- (7) Quatenus singuli status communi Reipublicæ vinculo continentur, eodem Fidelitatis juramento Cæsari & Imperio obligati, ut non arbitrario quodam ac vel illimitato utantur Jure territoriali, sed in ejus Exercitio ad Formulam Imperii Legum adstringantur, quâ neglectâ, Subditis inde gravatis aditus pateat ad suprema Imperii Tribunalia. Capit. art. 19. §. 6. -- 7. -- Rec. Vilit. 1713. §. 10. p. 1149. sq. -- Vid. Gottl. Sam. TREVERI. Monstrum arbitrarii Juris territorialis à Legibus Imperii è Germania profligatum. Frlf. & Lips. 1739. -- cf. Moser's Abhandlungen von deutschen Staatsfachen. P. 1. p. 117. sqq.
- (8) Sic ipsa Superioritas territorialis hæud versatur circa nudam Jurium Executionem, sed veram, propriamque continet Potestatem, summo Imperio per omnia analogam, quæ licet ab ipsâ oritur Majestate, cui & subordinatur, tolli tamen pro lubitu nequit, sed in perpetuum atque hæreditariam Possessionem Promisso Cæsareo confirmatur, vnde cum pristinis Imperii Magistratibus, ceu Comitibus etiã Palatinis, Ducibus, Landgraviis, Marchionibus &c. hodierna Statuum Conditio longè sublimior, non est confundenda. Vid. Frid. HORNIVS. de Civit. L. 2. C. 7. §. 5. sqq. -- cf. J. P. O. art. 8. §. 1. -- & Capit. art. 1. §. 4. 8. 9. -- art. 15. §. 1. 2.

## II.

*Regalia Superioritatis territorialis essentialia* (1) aliter se exerunt *circa Sacra* (2) aliter *circa Secularia*, prout univèrsali *Cæsaris Regimini* subordinata, *Legibusque Imperii fundamentalibus* definita, ac vel *Concordatis provincialibus* magis aut minùs limitata dignoscuntur, vnde à *Juribus* sive *Cæ-*

*Cæsari* in vniverſo Imperio, ſive alteri *Monarchæ* in ſuo Regno ex ipſâ *Majeſtate* competentibus, omninò fallit Collatio ad Jura *Statuum* ex ipſâ *Superioritate territoriali* profluentia (3) nec omnia omnibus *Dominis territorialibus æqualiter* convenientia, nec alteri quàm vnico atque vniverſali totius *Civitatis germanicæ Genio*, vel eò exactiùs accommodanda, quò majoris eſt difficultatis, & quanti magis intereſt, intra juſtos ea limites ſuos ità dimetiri, ne dùm *Statibus* generatim, vel vni *Statuum Corpori* in ſpecie quid tribuimus, in alterius ac vel ipſius *Cæsaris*, aut adeò *Eccleſiæ ſive vniverſalis ſive cujuſdam particularis* jura impingamus. (4)

(1) De quibus vide ſupra N. 5.

(2) Hæc Jura circa Sacra nullatenùs intelligenda ſunt velût conſeſſa à Potestate eccleſiaſtica, ſed competunt *Dominis territorialibus* ut Membris & Statibus Imperii in Vim Superioritatis territorialis, in Legibus Imperii fundamentalibus atque obſervantiâ fundatæ -- ſuit inde, hæc Jura ad ſolam *Advocatiâ* non eſſe reſtringenda, quatenùs tanquàm partes Regiminis Majeſtatici, vel quaſi talis, Statibus abſolutè competunt in Vim Potestatis Sæcularis, cujus profectò eſt, Eccleſiæ protectionem, illibatam conſervationem, & Status imminuti reſtaurationem, inter primas omninò curas referre. Vid. J. P. O. art. V. §. 30. -- art. VIII. §. 1. -- Capit. art. 1. §. 8. -- Vti verò Jus circa Sacra Potestati Sæculari, ità quoque Jus in Sacra ſoli Potestati eccleſiaſtica manet adſtruendum -- Vtrumque verò hoc Jus Sacrorum reapse in Imperio ſub diverſiſſimo planè reſpectu exercetur à Diverſis diverſarum Religionum Statibus, ità ut notio ejus vel maximè ſit intricata: ſic Domini territoriales catholici Sæculares, hoc Jus ſtriçtè circa Sacra in Subditos catholicos, atque ità intra arctos Juris territorialis, & inde emergentis Advocatiæ Limites exercent, ut ultra Actus merè adia-phoros, nec Juribus Eccleſiæ vniverſalis, nec particularis Catholice, ceù Juri Diœceſano adverſantes, ſe nullatenùs valeat extendere -- eontra à Statibus A. C. addiçtis in Subditos ejuſdem Religionis idem Jus non tam circa, quàm potiùs in Sacra exercetur, quatenùs ſe adeò extendit ad plurimos Actus Religionis eſſentiales, qui ſcilicet juxtâ Doctrinam verè chriſtiano-catholicam ſalvâ Religionem mutari aut abeſſe nequeunt -- id quod ipſis adeò Statibus Catholicis in Subditos Proteſtantes, æquè illimitatò competit tum Vigore ſimultanei, toties à Proteſtantibus fruſtrâ in controverſiam vocati: cum ex proprio Proteſtantium principio: "cujus eſt Regiò, illius eſt Religio" tum vel maximè ex ipſâ Pace Weſtph. art. V. §. 48. -- Vndè adparet, hoc Jus in Sacra Statibus Imperii tam diverſimodè atque adeò irregulariter competens, nullatenùs ex ipſâ ſuperioritate territoriali, ſed ex ſolâ Praxi in Imperio hætenùs uſitata, ipſique Paci Weſtph. utût Armis prævalentibus extortæ, attamen Sacroſanctæ, ceù Legi publicæ ac fundamentali innixâ, tanquàm ex Fonte profluere -- nec dici poteſt, Cæſarem & Principes catholicos ità paciſcendo fuiſſe Uſurpatores potestatis eccleſiaſticae ſibi non competentis, aut ut PAULUS III. CAROLO V. Imp. exprobraſſe legitur: "falce in alienam Meſſem inmiſiſſe" ſiquidem tam in Pace Religioſa, quàm Weſtphalicâ, hujusmodi jura non tam data, quàm permiſſa ſunt, quippe quæ aliter neceſſitate extremâ urgente, ſervari non poterant. Vide infra §. III. n. 2. & §. XII. n. 2.

(3) Vndè conſundenda non ſunt cum ipſo Jure ſuprematùs (la ſouveraineté) illis ſaltim competente, qui à ſolo Deo dependent, & ſuperiorem in Mundo agnoſcunt neminem; Statibus enim, cum præter Vaſallagium, Legibus æquè ac Mandatis Imperii ſubjiciantur, ipſa Majeſtatis Jura tribui nequeunt.

(4) Pauci extant Proteſtantes inter æquè ac catholicos Scriptores, aliàs eruditiffimos, qui non tam adverſæ Religionis Odio, quàm Veritatis, Pacis, atque æquitatis Amore ducti, in hæc Materiâ maximè intricatâ mediam Regiamve tenent viam citra Nimiùm, ceù exceſſum, vnde plurimorum hujusmodi Conatus utût doctiſſimi, inter ſtudia Imperii ruinam promoventia hæud immeritò ſunt referendi. Vid. Jo. Chr. L. B. de SCHLEINITZ Diſſ. de Studiis Imperii Rom. germ. ruinam procurantibus, deſenſ. ſub Præſid. cl. Gottl. Sam. Treyeri. Helmſt. 1730.

### III.

Quemadmodum *Status* catholici etiã sæculares, jure exercent *Advocaciam Ecclesiæ territorialem* (1) quatenus ea nec generatim *Hierarchie ecclesiasticæ* (2) nec specialibus fortè *Indultis* aut *Concordatis* (3) nec singulari *Observantiæ* (4) contrariatur: itã quoque ne quid *ecclesiasticæ Potestatis* nomine adversus *Salutem publicam* fiat, merito *Jure territoriali* prospicitur. (5)

- (1) Vide Willh. Frid. de KNESEBEK. de Advocatis & Jure magni Advocati Cellensis. Gœtt. 1757. c. I. §. 7. -- Carl. Otto RECHENBERG. de Advocatis & Advocatiis Germanicis. Lips. 1725. -- Frid. Herm. CRAMER. de Advocatiã Ordinum Imperii armata. Lemgo. 1724. -- Petr. GALLADE. de Advocatis ecclesiasticis. Heidelberg. 1768.
- (2) Quippe ipsum Jus in Sacra Potestati Sæculari nullo Titulo potest communicari, itã ut essentialiter atque inseparabili nexu sacre Potestati adhæreat -- hoc verò Jus in Sacra complectitur I. Jus in ipsam Religionem. II. Jus Disciplinæ spiritualis. III. Jurisdictionem ecclesiasticam -- singula hæc Jura, varias iterum sub se comprehendunt partes potestativas: sic credenda docere, Sacramenta administrare, ligandi solvendique potestatem exercere, ad ea, quæ sunt Ordinis, referuntur -- sic convocare Synodos, administrare Bona ecclesiastica, præficere Administratores, Charitativa exigere, ad Legem Diœcesanam pertinent -- sic Audientia Episcopalis, Decisio causarum eccl. Pœnæ Canonice, & cætera Statum Dignitatẽque ecclesiasticam Desinentia, ad Jurisdictionem ecclesiasticam numerantur.
- (3) Quæ sive simpliciter, sive provisionaliter iniri possunt, vel cum Episcopi quod ad Jura eorum Diœcesana, vel cum ipsis etiã Statibus Provincialibus, de quibus infra.
- (4) Sic Vi Observantiæ quibusdam Imperii Statibus cum ecclesiasticis tum sæcularibus competit Jus Primariarum Precum, id quod non tam generalibus Superioritatis territorialis effectibus, sed potiùs Advocatiæ honori videtur adscribendum -- sic in Diplomate Episcopi Verdenis d. a. 1427. legitur: "cum de Jure ex antiqua & laudabili adprobata consuetudine introducto, Episcopus Verdenis in suo jucundo Adventu in singulis Monasteriis & Collegiis utriusque sexus suas habeat primarias Preces porrigere" ap. GERCKEN in Diplom. Veteris March. T. I, p. 474. -- Vide AYRER, de Jure primariarum Precum. C. 4. §. 2. & 8. p. 133, & 144.
- (5) Plurima quippe sunt objecta, in quibus per Potestatem ecclesiasticam detrimentum oriri posset sæculari, cujus præcavendi facultas tanquã Jus Majestaticum Imperio civili omnino nequit denegari, quippe sanctitati & Independentiæ Potestatis ecclesiasticæ nullatenus repugnans, sed intra spheram Potestatis laicæ coarctatum: cum una Potestas summa atque independens, alteri æquè independenti, ubi neutra Limites egreditur, per se contrariari non valeat -- Mens enim Ecclesiæ, cujus est ædificare, non destruere, Imperio civili impedimenta ponere, ejusve Jura evertere, nec est, nec esse potest -- Quum verò nihil tam sanctum piumque, si Fidem ipsam eud Dogmata excipias, quod abusibus exponi, & sic in sinistram declinare conditionem non possit, hinc cavendi, tollendi, restituendique id, quod læsum est, facultas civilis nec restringi, minus poterit auferri. Vide quartam Exercit. nostr. Tit. IX. de Jure Sacrorum. §. II. & III.

### IV.

Uti *Bullæ papales* sine *Placeto Cæsareo* publicari non debent per *Territoria Imperii* (1) itã nec *Domini territoriales* pati tenentur, ut sine *Præscitu suo Episcoporum Ordinationes*, aliæve *Leges ecclesiasticæ* publicentur aut adfigantur (2) qualis verò *Imperatori* competit in *Imperio* *Concursus ad Electiones Archi- & Episcoporum* (3) talis æquè ad *Electiones Abbatum Præpositorumque mediatorum* denegari nequit *Domino territoriali* (4) ipsis cæteroquin *liberæ Electionis Juribus* per omnia salvis. (5)

- (1) Vide *Möser Reichs-Staats-Handbuch* p. 11. vbi Jud. Imp. aulicum in Voto ad Imp. d. 7. Octobr. 1773. sic dicit: "Der Gegenstand der päpstlichen Bull sey ohnfreytig von der Beschaffenheit, daß solche eher nicht an die Bischöfe hätte erlassen, vielweniger von diesen zu Bollzug gebracht werden sollen, bis sie erst vorhero Jhro kaiserl. Maj. zur Einsicht vorgeleat, und durch Dero darauf in behörige Weg erfolgtes Placitum Regium begnehmiget worden zc. zc." Vid. Ant. REMPLZ. Diff. de Justitiâ Placeti Regii. Vindob. 1774.
- (2) Quatenus vigore sic dicti Juris Placeti Regii, nulla Ordinatio ecclesiastica promulgari potest, quin eo sine examinata à Principe fuerit, ut constet, in illa nil Juribus, Privilegiis, Securitati, Bono & Tranquillitati Reipublicæ contrarii contineri -- Quæ autem dicta superius de Bullis Pontificiis, à potiori de Ordinationibus Episcoporum intelligi debent, stante eadem paritate, atque Rationis identitate exactissimâ -- Vide quartam *Exercit. nostr.* Tit. IX, de Jure Imperantis circa Sacra. §. IV. n. 2.
- (3) Cujus Juris effectus ex ipso potius Jure Majestatico, ceu Nexu Imperatoris inter & Germaniæ Episcopos subsistente, quam ex Concordato Calixtino videntur esse determinandi; vnde quod ad Jus dandi *Exclusivam* vide quartam *Exercit. nostr.* l. c. §. VIII., n. 1, lin. 37. sqq. -- cf. *Möser von kaiserl. Regierungs-Rechten, und Pflichten.* p. 291.
- (4) Quatenus certum est, Abbatem Landsassium vel magis à Domino territoriali, quam Archi- & Episcopum ab Imperatore dependere, vnde Analogia maximoperè stringit pro Domino territoriali. Vid. cl. *WEDEKIND.* Diff. de Jure cavendi comprehenso in Jure circa Sacra. *Heidelb.* 1775. §. VIII. p. 26.
- (5) Vnde præsentia *Commisarii* Dni territorialis admittenda quidem, non tamen ultra statum tempus expectanda, ne aliàs impediatur aut protrahatur Electio -- neque *Commisarius* præter vnicum adfendendi, vel minimum Jus habet Electioni se immiscendi, ne offendatur Electionis libertas -- Principis quoque sumtibus venire debet, & Electione finitâ discedere, ne secus gravetur Monasterium, quod ultra nudam *Commisarii* satis qualificati admissionem, salvis cæteroquin per omnia Juribus suis, nequit obligari -- mittitur enim *Commisarius* non tam pro Bono privato Monasterii, quam Principis, ac Bono Civitatis publico, ad videndum scilicet, an eligatur Persona, Principi & Reipublicæ indifferens? vnde in Casu, vbi forte Electio caderet in Personam valdè suspectam, ceu Principis aut Reipublicæ hostem, vtique jus dandi *Exclusivam*, Principi non posset denegari. Huc facit quarta *Exercit. nostr.* Tit. VIII. de supremâ Imperantis Inspectione. §. I. & II.

V.

**D**ispositio *Capitulationis Cæsareæ* art. XIV. §. 2. ex Rationis identitate certam fundat *Analogiam* (1) cujus vigore vti *Imperator* hâc in parte tueri obligatur *Præsules immediatos*, sic *Dominus territorialis* tueatur *mediatos* caveatque de *Clevi* Immunitate, & *Civium* singulorum Juribus; vnde ex hoc Capite *Principi* quoque jus est, *Subditis* suis *Recursum* tanquam ab abusu concedendi, si quando *Potestates ecclesiasticæ* suâ Auctoritate abutantur in *Civium* perniciem. (2)

(1) Quam solida Principiorum applicatio, secundum quæ cels. *Senatus Imp. aul.* hic solet procedere, plus quam satis comprobatur, cum, quod juris est intuitu *Immediatorum* in Relatione ad *Cæsarem*, id eadem Ratione se habeat ad *Dominum territorialem* intuitu *Mediatorum*. Vid. L. B. de *KREITMAYER*, *Nummerl.* ad Cod. civ. *Bav. P. 5. p. 2189.* -- cf. *Selecta Jur. publ. P. 44. p. 287.*

(2) Incumbit itaque Domino territoriali invigilare, ne præcipitentur *Excommunicationes*, *Interdicta*, *Suspensiones*, *Arresta*, *Incarcerationes* & alia id Genus contra *Cives* cum *Sæculares*, tum *ecclesiasticos* *mediatos* citra debitam *Causæ* cognitionem, iisve *inauditis* & sic contra *Veritatem* facti *Obreptio* locum inveniatur, aut *mediis* antea *lenioribus* non *adhibitis*, vel in Casu, vbi majus *Reipublicæ* malum inde immineret: quibus in Casibus *temporalium* *Administratio* aufertur, *reditusque* inde percipiendi *sequestro* subjiciuntur, donec tollatur *Censura*, aut gravati fiat *restitutio in integrum* -- cur enim *Principi* tanquam *sacrae Politicæ*

Legumque Custodi non liceat, Armorum spiritualium abufum impedire? inò boni Principis Officium erit, ut à Potentiorum oppreffione & violentiâ imbeciliores liberet fervetque Immunus, quibus tanquàm Filiis paternam Protectionem atque naturalem Defenfionem denegare non potest, notoriâ fcilicet factâ aut comminatâ oppreffionis Injufitiâ; quâ in parte civili Potestate sublata, manifefiffimo ipfa Respublica comperiet experimento, quantum fibi calamitatis brevi invexerit. Vide Franc. SALGADO. Tr. de Proceff. Reg. P. I. prælud. IV. -- COVARRUVIAS præf. Quæft. C. 35. -- VAN ESPEN. Tr. de Cenfur. eccl. C. 8 §. 4. Tom. IV. -- ejufd. Tr. de Recurf. ad Princip. C. 2. 3. & 4. -- RENAT. CHOPPIN. de facra Poit. L. 3. c. 1. -- Mr. HERICOURT. Loix ecclefiasticques. Chap. 22. §. 52. -- Nec Cives tamen atque Clerus Territorii ecclefiastico-fæcularis, vel inde deterioris habendi funt conditionis, quod idem Dominus territorialis in fimul fufineat Perfonam Epifcopi; cùm cuique injufte gravato adhuc Recurfus pateat ad Senatum Imperialem aulicum, cœ ipfum IMPERATOREM tanquàm ECCLESIE ADVOCATUM, quotidianâ PRAXI viam monfrante. Vide Paul. Jof. à RIEGGER. Diff. de Pœnitentiis & Pœnis ecclefiasticis. Vienn. & Colon. 1772. §. 112. de Jure Principum circa Cenfuras, p. 64. fqq.

## VI.

*Statutum*, quo prohibetur, ne *Bona immobilia* citra Confenfum *Domini territorialis* transferantur in *Manus mortuas* (1) vocatur *Lex Amortizationis* (2) qualem ftatuendi facultas, *Dominis territorialibus* æquè parùm negari potest falute publicâ exigente (3) ac ipfum *Jus* determinandi: quantam quifque *Religionem* ingrediens *Dotem*, habitâ vel non habitâ cujusque *Patrimonii* ratione, *Monasterio* debeat inferre. (4)

(1) Quales intelliguntur Societates perpetuæ, cœ integra Communitatam corpora, quorum extinfio moraliter eft impoffibilis -- Vide Jo. Phil. HAHN. de eo, quod iufum eft circa Bonorum immobilium ad manus mortuas translatione. Mog. 1747.

(2) Qualem communis fufinet Regionum catholicarum notoria praxis: veluti in terris Auftriacis, Bavaricis, Palatinis, Juliacenfib, Moguntinis, Trevirenfib, noftris Colonienfib, Wircebungenfib, Paderbornenfib &c. prætereundo plurimas Regiones exteras, teftè MOSERO von der Landeshoheit im Geiftlichen, p. 507. -- cf. ejufd. Deutſches Staats-Recht. P. 4. p. 61. fqq.

(3) Habeamus enim quantacunque Prædia, immensasque Ecclefiastici Divitias, pereunte Republicâ & nos intereamus, foret neceffum, Interest itaque & ipforum Ecclefiasticorum, ne per nimias adquisitiones reliquis Civibus & confequenter fibi metipfis inferant ruinam -- quod fi verò ad Collegii fufentationem & neceffitatis fublevamen novâ Prædiorum adquisitione foret opus, tali emergente cafu, Confenfum utique hâud negabit ad acquirendam Imperans, qui pro Rerum circumftantiis Dispensationem femper atque Exceptionem valet indulgere. Vid. cl. Ant. SCHMIDT. Inft. jur. eccl. T. I. p. 437. -- cf. Cramer. Weſtliche Neben-Stunden. P. 50. p. 12. -- P. 10. Abh. 8. -- P. 43. Abh. 3. -- P. 117. Abh. 13.

(4) Quatenùs Imperans civilis hanc Legem non tam ecclefiasticis, quàm Potiùs Laicis fcribit, Monasterium ingredi volentibus -- & quid obftat, quo minùs fuis fubditis valeat profpicere, ne per nimios Sumtus Familiis creetur præjudicium, vnde & ipfi cognofcere fas eft, quanta fit Proportio inter id, quod requiritur ad fufentationem Religiofi, atque id, quod pro eo exigit Monasterium, refpectu habito ad ejufdem redditus -- præterquàm quod fubditi per magnas nimis Summas ab ipfo Religionis ingreffu deterreantur, & in fanctæ Vocationis obfequio impediuntur, eo, quo familiarum confervatio, quæ per Monasteria in fimul promoveri potest, aut impeditur, aut faltem Exteris potiùs, quàm Subditis Monasteria adimplentur. Vide Legem Auftriacam de 26. Aug. 1771, in L. B. de Cramer. Weſtlichen Nebenft. P. 117. p. 110.

## VII.

*Vti* *Viſitationes* Communitatum ecclefiasticarum etiàm in *Spiritualibus* regulariter fieri nequeunt à *Potestate ecclefiasticâ*, infalutatâ *Seculari* (1) itâ quoque *Viſitatori ecclefiastico* quidquam in *Temporalibus* concedere, *Dominus*.

*minus territorialis* nullo jure obligatur (2) quatenus *Visitationes in Saecularibus* vel eò magis soli competunt *Potestati laicæ* (3) quò firmiter eidem jus est, singularum *Familiarum* ac *Societatum* minorum non modò Res atque *Negotia* inquirendi (4) sed & *Pacta* sive *Collegiorum* etiàm *ecclesiasticorum* Statuta tam examinandi (5) quàm examinata civiliter confirmandi (6) qualis *Confirmatio civilis* non nisi sub certis fieri solet *Conditionibus*, locum ac modum *Socios* recipiendi (7) horum *Officia* (8) *Numerum* (9) *Ætatem* (10) imò adeò spiritualem *Superiorum Jurisdictionem* (11) aliaque id Genus pro *Genio Civitatis*, ejusque *communi Bono* definientibus; vnde *Collegium* utut *ecclesiasticum* à præscriptâ hâc Norma degenerans, tanquàm *civiliter illegitimum* (12) ab *Imperante* inquireri, quò ad *Defectus*, *abusus*, aut *excessus* reprobari, & ad *pristinam Institutum* sui Normam jure compelli potest. (13)

- (1) Vide L. B. de KREITMAYER, Anmerk. ad Cod. civ. Bav. P. 5. p. 2195. vbi "es schreibt auch der General zu Eisteth wegen des ad Visitationem erforderlichen Landesherrlichen Consens sub dato 17. Sept. 1751." de certo habeat Serenitas Vestra Electoralis, quod sive per me, sive per Commissarios Monasteria Ordinis nostri in Vestra Ditione visitare intendam, hoc nunquam eventurum sit, nisi sub beneplacito suo, & acceptâ suâ benevolentia: "solchenmach wurde auch dem kurbürchl. geistl. Rath per Resolutionem vom 31. März 1759. ex intimo be- deutet: daß er dem Prälaten von Salinansweiler die Visitation zu Raitenhaslach andergestalt nicht, als mit Landesherrlichem Consens, und der Observanz gemäß gestatten solle. Wann ferner der Ordens-General nicht selbst, sondern nur per Commissarium visitiret, so muß dieser von der hiesigen, oder wenigst einer deutschen Provinz seyn: Wälsche und andere Extranei werden ad Visitationem nicht admittirt, weil sie den Klöstern nicht nur der weiteren Reise halber größere Kosten, sondern auch aus Unwissenheit unserer deutschen Verfassung allerhand schädliche Neuer- und Unordnungen machen" — Eruditam desuper Glosam vide lis in cl. WEDERKINDI elegantissimi Diss. supra cit. p. 32. — cf. MOSER. von der Landeshoheit im Geistl. p. 287.
- (2) Id quod ex ipsa & hic probare licebit Analogia, audiendo, quæ Augustissimus in Causa Abbatiae SCHÖNTHAL decreverit d. 2. Novembr. in Concluso Jud. Imp. aul. quod extat in MOSERIS Reichs-Staats-Handbuch de a. 1773. p. 1. 6. sqq. "Nachdem kaiserl. Maj. keineswegs gestinet seyn, dem Heren Bischofen als Visitator in Spiritualibus, in Beförderung der Ehre Gottes, Aufrechthaltung der Ordens-Regulen, und Verbesserung der Kirchenzucht hinderlich zu seyn, Als wollen Sie zu Vollführung des Visitations-Geschäfts dem Heren Bischofen, den Herrn Deutschmeister als kaiserl. Commissarium dergestalten adjungirt haben, daß der Herr Bischof denselben alles desjenige, was über die Weltlichkeit des Gotteshauses einen Gegenstand der Visitation abgeben könne, lediglich zu überlassen."
- (3) Modò hujusmodi Visitationes fiant in vim supremæ Inspectionis, eo fine, ne quid per Monasteria fortè suspecta Reipublicæ damni inferatur.
- (4) Princeps enim citra sufficientem Morum, Rerum, atque Operarum Cognitionem, in quibus Respublica versatur, nec Leges aptas & opportunas ferre, nec aliàs suam de communi promovendâ felicitate Obligationem satis commodè possit adimplere. Vid. quartam EXERCIT. nostr. Tit. IX. de supremâ Imperantis Inspectione. §. 1. n. 1.
- (5) Hoc PRINCIPIS JUS vel maximè ex eo elucet, tum quod Reipublicæ indemnitati consulere, sit præcipuum ipsius Officium: vnde obligatur invigilare, ne ex ejusmodi Statutis noxium quidquam in Rempubl. dimanet, aut sub eorum prætextu atque patrocinio, abusus potius manifesti seveantur — tum quod ipsa Collegia Auctoritate Civili admissa, communibus ejusdem Reipublicæ Beneficiis utentia, hujus utique supremo fini adeò adversa esse nequeant, quin potius cum eodem conspirare teneantur. Vid. cl. Ant. SCHMIDT. Diss. de Imperatore Statutorum in Ecclesiis germanicis Protectore. Heidelberg. 1772. §. 3.

- (6) Omne enim Sodalitium utitur aliis sanctissimum, ac vel totius Auctoritate Concilii confirmatum, novam semper indiget Confirmatione Civili, quatenus in libero stat Principis arbitrio, an illud in Civitatem suam admittere voluerit, nec ne -- vnde inter ejusmodi Admittentem & Admissum intercedit Pactum, ad quod unus tam diu sancte obligatur, quam diu alter convinci nequit, eidem strenue contravenire. Vid. IV. Exercit. nostr. l. c. §. II. n. 1.
- (7) Vide supra §. VI. n. 4.
- (8) Vnde Princeps valet efficere, ut in iisdem Officiis, Functionibus, atque Exercitiis vivant Religiosi, in quibus occupati fuerant tempore Receptionis: cum namque cujusque Ordinis admissio sit purum Principis Beneficium, hæcque Receptio Statum eorundem pro fine & motivo ad promovenda Reipublicæ commoda atque servitia habeat, Jus invigilandi illius Status conservationi nemo denegare poterit Potestati sæculari, cui consequenter integrum est prohibere: ne Pharmacopolia, Cauponas, Opificia exercent Monasteria, cum ejusmodi Exercitia non contrariantur solum Officiis Religiosæ vitæ propriis, ipsamque offendant status Sanctimoniam, sed etiam Civibus inde non exiguum creari possit detrimentum.
- (9) Sic vigore RESCRIPTI BAVARICI de 5. Novembris 1762. Monasteriis injuncta fuit Editio literarum Foundationis, ut inde Sociorum numerus à tempore Foundationis nosci potuerit, cumque hic numerus fuerit objectum Pacti, Ordinem inter & Dominum territorialem iniici, ipse Foundationis numerus invito Principe, cæteris paribus, augeri nequit, ut consensus Domini territorialis ad Novitiorum receptionem, hunc numerum excedentem, in posterum expressè sit requirendus, qui hætenus tamen fuisse tacitus censeri debet. Cl. WEDERIND. l. c. p. 29.
- (10) In quo casu Princeps non tam de Religiosis, quam potius de Subditis suis quàm talibus disponit, quos Professionis reddit inhabiles ante statutum Ætatis Terminum. Nec obstat S. Concil. TRIDENT. Sess. 25. c. 15. ubi anno expleto Ætatis XVI. Vota Religiosa emitti permittit, non præcepit, nec quisquam obligari potest, ut hæc Permissione utatur -- sic Ser. Elector Bav. Vigore generalis Mandati de 2. Novembris 1769. ante annum Ætatis XXI. Vota Monastica solemniter nuncupari vetat -- sic Augustissimæ Imperatricis viduæ Ordinatio de 1. Octobris 1770. absolutè prohibet, ne ante completum Ætatis annum XXIV. quisquam suorum Subditorum in Ordine Religioso emittat Professionem. Vid. celeb. P. RAUTENSTRAUCH Diatr. de Jure Principis, præfigendi maturiorem Professioni Monasticæ solenni Ætatem. Pragæ. 1773.
- (11) Sic Augustissima MARIA THERESIA glor. imp. Legem tulit d. 1. Septemb. 1771. quâ subterranei Monasteriorum Carceres jubentur demoliri, quatenus hoc Carcerum habendorum Jus tanquam Majestaticum soli competat supremo civili Imperio, salvâ tamen superiorum Regularium Correctione paternâ, vi cujus nemo sive Correctionis, sive Custodiæ causâ in alio loco includi permittitur, quàm in cellâ sepeperata munda, & cæterarum Cellarum hæud prorsus absimili, inclusos verò jejuniis non nisi alternis solum diebus puniri posse, ac in Cibis ipsi ea semper discretio adhiberi jubetur, ut nequid damni inde trahat Corporis valetudo, Quod si quis reus esset Criminum atrociorum, quæ vel Carcere perpetuo, aut Morte aliis puniuntur, de eo Episcopus Diocesanus certior reddendus, qui quid porro cum ejusmodi Delinquente agendum sit, cum causæ Cognitione judicabit -- sic quoque Ser. Elector Bav. ejusdem generis Legem tulit d. 2. Novembris 1769, desuper vid. P. RAUTENSTRAUCH. Cit. Diatr. p. 117. lqq.
- (12) Cui Legi civili repugnans -- uti verò Principi Jus est, Sodalitia tam Legibus fundamentalibus, quàm concordatis Provincialibus indifferentia, nec Bono publico contraria, in Civitatem suam admittendi, & earum ubi admittuntur, Scopum & vivendi Regulas inspiciendi semper & custodiendi, ita & Potestas Sæcularis facultatem habet, ejusmodi Sodalitia utitur ecclesiastica, tanquam le-vel illegitima declarandi, prout communi Reipublicæ fini con-vel dissentanea esse dignoscuntur.
- (13) Adhibito tamen omni possibili Discretionis temperamento, mediante etiam, ubi fieri potest, supremam saltem Potestate ecclesiasticâ, nec prius ad Remedia extrema licet Recursus, quàm donec mitiora non supersunt, Vide quartam Exercit. nostr. Tit. VIII. §. I. & II.



Ex fundatis hisce Principiis jam satis adparet, *Exemptiones* à Summis *Pontificibus*, olim sive *Clero sæculari*, sive *regulari* indultas, sensimque ad-auctas (1) nec *Juri territoriali* (2) neque *Diœcesano* (3) per se posse obstare, quin potius, uti omnes ejusdem *Reipublicæ Cives* eundem *Imperantem*, sic singuli ejusdem *Diœceseos* ceu particularis *Ecclesiæ Socii* eundem *Episcopum* venerari, eique *quâ tali* regulariter subesse teneantur (4) — Quàmvis autem *Bonis ecclesiasticis* ab *Oneribus* realibus in thesi competat *Immunitas*, idque solo *Principum* beneficio, qui ecclesiasticas hæc in re *Sanctiones* non ratas solùm habuere, sed pro suâ pietate ampliârunt quoque & adauxerunt (5) Bona tamen ex *Patrimonio* ad *Ecclesiasticos* devoluta, cum omni *Onere reali* ita transeunt ad *Ecclesiam*, ut à *Steuris* noviter injungendis, invito *Principe*, vix eximi poterint. (6)

- (1) Omnis sine exceptione Clerus tam Sæcularis, quàm Regularis ab initio uti *Episcopi* in *Spiritualibus*, ita *Principis* in Sæcularibus Auctoritatem venerabantur, donec Sæculo V. exemptionem molientes, Concilium Calced. non de novo, ut putat *Boëmerus*, subjecit, sed antiquam Jurisdictionem in eos factam testamque volebat; ita enim C. 8. loquitur: "ut secundum Ss. Patrum Traditiones sub *Episcoporum* Potestate permaneant, nec per contumaciam ab *Episcopo* dissileant" -- & ut loquitur L. 40. C. de *Episc. & Cler.* "Abbatum Curam gerant *Episcopi*, *Monachorum Abbates*, quos ipsi elegerint, *Episcopus* confirmet" -- miris tamen modis tam *Principum Sæcularium*, quàm *Archi- & Episcoporum Jura* fuere immunita ex falsis *Isidori Mercatoris* Decretalibus, ut merito conquererentur *Episcopi*, Jurisdictionem ex Jure divino in sibi subiectos competentem per varias Exemptiones sublatam esse: inde scandala atque gravamina irrepebant in *Ecclesiam Dei*, ut nemo non viderit, necessarium esse Exemptionum forte Repagulum -- celeberrimum horum Privilegiorum habemus *Promptuarium* in *Constitutione Sixti V.* quæ sic dictum *MARE MAGNUM* non inconcinne vocatur -- hæc dum juxta S. S. P. P. atque Conciliorum mentem, *Eruditorum Censuræ* submittimus, absit ut insignia in *Ecclesiam & Remp. Religiosorum Merita* temerario calamo impugnemus, sed tantum quæ *Cæsaris*, ceu *Principis & Episcopi* sunt, *Cæsari* ceu *Principi, & Episcopo*, quæ autem sunt *Dei*, *Deo* vindicamus. Vide *Cl. Jo. Wilh. Hörster*, *Repagulum Canonico publicum adversus nimias Exemptiones. Coloniae. 1756.*
- (2) Cum namque hujusmodi Collegium à Jure territoriali exemptum, ceu liberum atque independens, nec sui subjectionem, nec univrsalem Imperantis civilis superioritatem agnosceret, hinc nec eundem cum totâ Civitate intellectum, nec eandem haberet Voluntatem, consequenter ipsa Civitatis harmonia, quæ Anima est *Reipublicæ*, desineret, plurimis inde promanantibus incommodis, qualis tamen *Ecclesiæ* mens nec fuisse, nec esse potest. Vide quartam *Exercit. nostr.* Tit. IX. §. III. -- Apprimè huc faciunt, quæ extant apud *L. B. de Kreitmayer* in den *Anmerkungen* supra cit. "Was mit den *Bischöfen* und *Ordinarien* in Ansehen des *Cleri Sæcularis & Regularis* non exempti festgesetzt worden ist, das muß sich auch der *Clerus* exempti *Ordinis* im *Bayern* gefallen lassen etc."
- (3) *Episcopus* enim ex ipso Jure divino in sacro suo Principatu *Caput*, atque *Diœceseos* ceu particularis *Ecclesiæ Princeps* positus esse dignoscitur. Act. XX. 28. ut pascat & regat *Populum*, pro quo *Deo* primas habet *Rationes* reddere: adscitos igitur *Cooperatores* ut sciat, & noscat necesse est, ut ii, quos reprobat, nullum in *Grege* inter *Oves* valeant *Pastoris* actum exercere, sicut nec invito sæculari Principe quisquam in *Territorio* Jurisdictionem sibi poterit arrogare: *Ratione Curæ* proin, *Ordinis*, atque *Jurisdictionis* in *Corpus Mysticum* ab *Episcopo* quilibet dependet: *Bulla Greg. 15. inscrutabili.* §. 4. -- Vnde & *Clemens V.* in *Conc. Vienn.* *Exemptos* ab *Ordinariis* visitari, eorumque *Domos* illis subiectas esse voluit. *Clem. de*

de Relig. Domib. ut Episcopo sint subiectæ, CLEMENT. II. de Statu Monach. cf. Concil. Later. Sess. X. -- post Concil. Const. in quo pro abolendis exemptionibus hæud frustra pugnauerant germaniæ Episcopi, tandem inveterato Malo manum vix non ultimam admovit Concil. Trident. Episcopis Jurisdictionem ex Jure divino urgentibus, Abbatibus Contra, suorum Ordinum Merita, sa. eor insignia, proponentibus, Medium fuit conventum: ut Episcopi, quæ DELEGATI APOST. in Exemptos Jurisdictionem exercent, qualis non tam Concessio, quàm Restitutio, Causâ scilicet ad antiquum statum revocatâ, amplissimè est interpretanda, ut generalis modò sufficiat Privilegiorum cassatio. Vide Trid. Sess. 5. C. 2. Sess. 6. C. 2. 34. Sess. 7. C. 6. 8. 14. Sess. 21. C. 5. 7. 8. Sess. 22. C. 3. 5. 6. 8. 10. Sess. 24. C. 9. Sess. 25. C. 6. 8. 9.

- (4) Ut enim quisque degit in Territorio, tam diu censetur esse de Territorio, donec probatur Immedietas, ita æquè quisque Christianus existit in Diocesi, Juri Diocesano subesse censetur, donec probatur Exemptio -- Vnde rectè BONIFACIUS VIII. in C. 7. de Privil. in 6. rescripsit: cum de Jure communi Ordinariorum intentio sit fundata, eisdem suâ in Religiosos jurisdictione liberè uti posse, donec de Præscriptione canonicâ vel authentico Privilegio plenam fidem fecerint -- præscriptum verò plus non est, ac Jure possessum, Privilegia enim illa strictissimam recipiunt interpretationem, quia inquit Concil. Tolos. a. 1590. C. 16. "Jurisdictioni non mediocre impedimentum, Exemptis profusioris vitæ occasionem, Christianis non vulgare scandalum offerre, laxius quàm par sit acceptæ Exemptionis consueverunt: hunc ergò modum Episcopi in Exemptionum cognitione observent, ut ultra quàm loquantur, non extendant" -- ipsi verò Præscriptioni graviter obstant Concilia & Capitulationes Episcoporum, qui continuò interpellarunt Religiosos: imò per Capitulationes ad Capituli jura servanda & vindicanda juratò adstringuntur Episcopi, ut derelinquendi animus nequeat argui; neque aded Prælati ceu Administratoris negligentiam obesse Capitulo, expediti juris est, ut ita ferè ruant præscriptionis fundamenta: certè 40. annorum Præscriptio cum Titulo, ad Exemptionem requisita C. 7. de Privil. in 6. nec aded temporis immemorialis C. 4. de Consuetud. omninò Locum non habet in illis Privilegiis, quorum Titulus à jure cassatus, & improbatu dignoscitur: cum igitur pleraque hujusmodi Privilegia sine Causæ cognitione concessa, fuerint revocata, talia autem sunt tantum non omnia, exiguus erit præscriptionis vsus atque effectus. Vide cl. JO. WILH. HÖRSTER. Diff. supracit. C. IV. §. 10. fgg.
- (5) Id quod ex infinito elucescit Diplomatum numero -- facit hæc potissimùm CAPITULARE AQUISGR. de a. 816. C. 10. in quo statuit LUDOVICUS PIUS, vnamquamque Ecclesiam bona immobilia habere debere, aut vnum saltim Prædium ab omnibus omninò Oneribus exemptum: alia autem Ecclesiarum Bona ad Servitorum milit. aliorumque Onerum teneri præstationem: exceptis tamen illis Monasteriis, quibus pro incolumitate familiæ Regiæ tantummodò orare incumbibat, BALUZ. T. I. Cap. Reg. Franc. p. 590. -- cf. ANT. SCHMIDT. Inst. jur. Eccl. C. 2. Sect. 2. §. 305.
- (6) Quatenus ipso Dominii eminentis jure sunt affecta, nec vel ipsi Principes aliter largiri poterant immunitatem, ac permetteret salus Reipublicæ, quæ suprema Lex meritò audit; nec supremus ipse rerum omnium Dominus, rem sibi vult consecrari cum præjudicio cujuscunque tertii, & quamvis jure Decretalium, S. Pontificis requiri videatur consensus, nihilominus tamen, casus in C. 4. & 7. de Immunit. Eccl. expressus, hac in re probè notandus. Vide quintam EXERCIT. nostr. de Dominio eminenti. §. III. n. 6.

#### IX.

Quemadmodum vtraque in Territorio *Potestas*, sæcularis scilicet, & ecclesiastica, ita & vtriusque *Jurisdictio*, sic & vtriusque *Jurisditionis objecta* invicem distincta atque exactius separata esse oportet (1) qualis Causarum sæcularium ab Ecclesiasticis separatio vel eò magis est necessaria, quò majores inde Collisiones Dominum territorialem inter & Episcopum Diocesenum, ac vel Metropolitanum, ipsumque S. Pontificem ejusve Nuncios possunt imò quotidie solent emer-

emergere. (2) Vnde vniversim ut iusti ponantur *Causarum ecclesiasticarum* atque *secularium* limites, disertè *Leges Imperii* fanciunt. (3) quâ demùm ratione, hodierna *Jurisdictio Pontificia* (4) arctioribus circumscribitur limitibus, qui præsertim ex *Concordatis* inclytæ Nationis germanicæ, atque ipsâ *Jurisditionis Episcopalis* indole derivantur, ut ità *Jus primæ Instantiæ* ampliùs nec adimi possit *Provocatione ad Sedem Romanam* (5) nec ad *Judicium Nunciaturæ* per saltum factâ (6) neque etiàm *Causæ civiles* sub ullo prætextu ad *Curiam Romanam*, ac vel *Nunciorum Tribunalia* queant deduci. (7)

(1) Sic causarum objecta, an huic vel illi jurisdictioni subsint, dubia. Negotiationibus, amicis Conventionibus, Compactatis utique inter utramque Potestatem ineundis determinanda veniunt: indigitante id ipsam CAPITULATIONE Cæs. art. 14. §. 5. -- quàm intereà cujusvis interit Domini territorialis, suam non minui jurisdictionem, Regulis sanè opus erit, secundùm quas Tribunalia sæcularia habeant procedere, donec specialibus Concordatis, & communi agnitione certi quid determinetur. Quàmvis autem à longissimo jam tempore separatio causarum in ipsâ promittatur CAPIT. Cæs. nihilominùs infiniti hætenùs nati Processus, qui occasione illorum certi qui statutum fuerit, commonstrant, Rem difficultatibus innumeris esse obvolutam, ipsique fatentur Doctores catholici, quàm periculo plenum sit opus intuitu ejusmodi separationis quidquam statuere. Vid. L. B. de KREITMAYER. l. c. p. 16. quænam Causæ pertineant propriè ad Forum eccl. pertractat L. B. de Cramer. in Westfälischen Nebenst. P. 66. Abh. 3. p. 30. sqq. -- cf. ejusd. P. 21. Abh. 8. p. 116.

(2) Quapropter optimum fore judicarem, si Princeps sæcularis in causis dubiis tanquàm pro suâ jurisdictione præsumtionem habens, quid suis debeat subijci Dicasteriis, ad interim decerneret: vel enim ejusmodi Ordinationi jam adquirent Ecclesiastici, & sic Limites eo ipso ex Consensu tacito erunt constituti: vel contradicunt, & in hoc casu negotiationibus, amicis conventionibus, atque Tractatibus via apertetur, & sic utriusque jurisdictionis fines expresso consensu determinabuntur, ipsaque obtinebitur separatio causarum civilium ab ecclesiasticis -- hæc ratione causas sponsalicias in Bavarîâ secundùm ORDINATIONEM de 4. Augusti 1769. noviter relatas legimus ad causas merè Sæculares, ubi serenissimus statuit: "Gleichwie wir an dem Contractu Sponsalicio gar nichts Geistliches Befinden können, sondern solchen vor eine bloße Weltliche Handlung ansehen, so ist unser Wille und Meinung, daß die darüber entstehende Processen und Zerungen auf nirgend, als bey unseren Nachgesetzten Obrigkeiten und Dicasteriis, wie alle andere Justiz-Sachen, von Klägern angebracht, verhandelt, und so ausgerichtet werden sollen" -- sic in Materia Decimarum, insignem meretur attentionem Constitutio Electoralis Moguntina de 12. Februarii 1733. quam inferuit cl. de HORIX. Medit. de Different. Decimar. §. 3.

(3) Capit. art. 14. §. 3. & 5. -- R. I. N. §. 264.

(4) Vide Ant. Arrighi Diff. pro Jurisdictione S. Pontificis. Patav. 1728. -- F. Bianchi della potestà e della politia della chiesa. Rom. 1743. -- Jo. Ern. Schubert. de Jurisdictione S. Pontificis Romani in terris Principum Rno-Catholicorum. Helmst. 1764. -- cf. Ge. Chr. Nelleri Principia Juris publici eccl. Catholicorum. Frf. 1746.

(5) Cujus rei illustre Præjudicium, recenter exhibet Breve CLEMENTIS XIII. ad Ser. Electorem Palat. de a. 1764. ubi ipse S. P. declarat: "Controversiam quam habet inter se Spirense Capitulum ejusque Decanus, ipsi nos diligenter examinavimus, & ad Curiam Moguntinam in primâ Instantia cognoscendam remissimus" -- Vide Concordata Nationis germanicæ integra, variis additamentis illustrata. Frf. 1773. Tom. II. Traæt. III. de appellationibus & evocationibus ad Curiam Romanam. -- cf. Jo. Ge. Estor. de Appellationibus ad Curiam Romanam. Mar p. 1751.

(6) Ità enim Concil. Trid. Sess. XXIV. C. 20. "Nunci Episcopos impedire, aut aliquo modo Jurisdictionem eorum iis præripere aut turbare non præsumant; anàs eorum Processus, Ordinationesve nullius momenti sint, atque ad damni satisfactionem Partibus illati teneantur" -- manifesta est hæc in re Germaniæ praxis: Doctores quidam facultatis Theologicæ Colonienfis ad Nunthum ibid. Recursum instituerant, atque adversùs Decanum facultatis Decreta quædam comminatoria atque

executiua impetraverant, CAROLUS VI. Imp. a. 1713. in hunc casum graviter decrevit: "cùm itaque ex circumstantiis in supplicâ adductis & demonstratis abundè adpareat, prædictum Recursum incompetenter factum, non nisi ad collisionem supremarum Potestatum in Ecclesiasticis & Politicis tendere, & non exiguis incommodis atque scandalis viam aperire: hinc sua sacra cæsarea Majestas iis omnibus, à Consilio suo Imp. aul. sibi debitè relatis, probèque atque accuratè perpenis, non modò Recursum illum à memoratis sex Doctõribus ad dictum Nuntium apost. hæc in causâ sumtum, severè, cumque indignatione exprobrandum, sed & Decreta ejusd. committatoria & executiva, utpote ex se nulla & invalida, cassanda, annullanda, & abolenda jussit, prout ea omnia cassat, annullat, abolet, nullaque declarat, ac insuper memoratorum sex Doctõrum ecclesiasticorum vniuersos temporales Reditus in poenam temerarii Recursus, sequestrari jussit: de reliquo. &c." van Espen in Tr. de Recursu ad Princ. adpendic. Monum. sub. Lit. V. -- cf. Diet. Herm. KEMMERICH, de Judicijs Nunciaturæ Apostolicæ in Germaniâ, Jen. 1736.

- (7) Huc faciunt Patentes JOSEPHI I. Imp. ad Colonienses, Monast. Paderb. & Leod. d.d. 5. Sept. 1707. "Vobismetipsis optimè constat, à pluribus jam annis niorem depravatum irrepisse, quo non nulli, dum controversias civiles, Rerum temporalium ergo, coram Officiali, aliisque Magistratibus Jurisdictionem eccl. æquè ac civilem Episcopi ac Principis vestri nomine exercentibus agitarunt, & fortè succumbunt, ab iisdem ad alios Judices ecclesiasticos Superiores, ac porro NUNTIOS, indeque ad SEDEM APOSTOL. provocent &c. &c. quapropter seriò, distriktè, & sub indignationis nostræ Cæsareæ comminatione iuhibemus &c." in Tom. II. Concordatorum, supra cit. p. 267. -- cf. Litteras collegiales Electorum ad Imp. d. d. 19. Mart. 1764. in L. B. de Er am er Reglarischen Nebenst. P. 48. p. 108. sqq.

X.

Quùm permisâ *Statuum Evangelicorum* in Causis *Sacrorum* independentiâ, & *Pacis Westphalicæ* beneficio omnis adeò *Summi Pontificis & Episcoporum* in ipsos *Jurisdiction* usque ad christianam *Dissidii Religionis Compositio-*  
*nem* fuerit suspensa (1) hinc in *Principes Evangelicos* ceù *Status Protestantes*, plurima, quæ *Hierarchie Catholicæ* olim *Jurisdictioni* essentialiter cohærebant, (2) Jura transferunt (3) quæ tamen Auctoritate *Cæsarum* aut *Statuum Catholicorum* [qui Jus, quo ipsi hæc utebantur, in alios transcribere non poterant] *Protestantibus* non tam fuere concessa, quàm potius urgente extremâ necessitate permessa, quatenus aliter citra manifestum *Religionis Catholicæ* in *Germaniâ* exitium ampliùs servari non poterant (4) vndè cum *Status Acatolici* ea hæc *Juris territorialis* Portionem esse sentirent, Summos se *Ecclesiæ suæ Episcopos* esse statuerunt. (5)

- (1) J. P. O. art. V. §. 43. -- Vid. DAN. HOFFMANN. Diss. de independentia Juris circa sacra statuum Ordinumque Imperii Rno-germanici evangelicorum, intuitu Imperatoris & Imperii. Tüb. 1740. -- DAN. NETTELBLATT. de Imperii sacri statuum protestantium I. R. I. vera natura & indole. Hal. 1751. -- Jo. Jac. Jos. SÜNDERMALER, diss. de suspensâ jurisdictione ecclesiastica Wirceb. 1753.
- (2) Quatenus nec ipse summus Pontifex, neque Episcopus, nec Princeps, utut Monarcha absolutissimus potestatem habent, Jura Hierarchie ecclesiasticæ ab ipso Christo Domino immediatè concessa, sibi vindicandi, minùs Doctrinam ab Eodem Divino christianæ Religionis Fundatore reformandi: vnde Protestantibus Jus in Sacra à Catholicis permiffum, nunquam fuit adprobatum.
- (3) Vide WIESENHAVERN. Grundsätze des Kirchenstaats: Rechts der Protestanten, P. I. C. 2. 4. p. 18. sqq.
- (4) Fuerunt sanè ignari, qui Transactionem Passaviensem non minùs ac ipsam Pacem Westph. acri Stilo infectati sunt: acsi Imperator & Status catholici visi fuerint adprobare ea, quæ Augustanæ Conf. Dogmatibus concedebantur, imò nefas ajebant:

Cæsa-

Cæsarem & Principes Imperii attribuerent sibi Potestatem minimè còmpetentem in Sacra & Bona ecclesiastica, eademque Statibus A. C. additis relinquendo, involare -- verùm, quàm immeritò Majestas cæsarea & catholicae Religionis Status, utriusque Pacis nomine, sic permittente Deo, fuerint coarctati, nemo non eorum, qui rerum atque istorum temporum habuerit notitiam, facillè animadvertet -- viderine cuiquam prudens potuisset CAROLUS Imp. si rerum statu tam turbido atque ambiguo inermis ipse se suosque hostium Ensisibus objecisset, & non potiùs Pacem licet duram fuisset amplexus? vbi nisi hoc Medium placuisset, & suam, & antiquæ Religionis catholicae incolumitatem in præcepis dedisset -- æquus rerum contemplator ex vna parte hæc ponat ad stateram, in alterâ ponderet, quid pro Pace redimendâ admiserit pientissimus Princeps? reliquit nempè Protestantibus armorum violentiâ prævalentibus novæ confessionis exercitium, quod impedire non poterat; reliquit ea Bona, quæ jam fortiter occupaverant: Verbo, permittit Protestantibus Jus in Sacra, id est: suo more circa normam credendi agere, salvâ cæteròquin per omnia Religione catholica -- quid quæd in eo mali est? mala committere, malum est: ferre, cum mederi non possis, quis malum dicet? -- stat generalis conclusio: permittendum est minus malum, ut evitetur majus, quandò evitare vtrumque non est possibile -- mala facere, ut Bonum eveniat, fateor, non licet: at pati, quæ prohiberi ampliùs non possunt, vetitum non reperio; imò Divinum habemus Testimonium: quod oporteat esse hæresis. -- Vid Jo. Pet. BANNIZA. Diss. de diversarum Religionum in eodem Territorio Tolerantia. Wirceb. 1737.

- (5) Sed hic ego non possum, quin à DD. Protestantibus cum cl. BEHLENIO exquiram: à quonam demùm Episcopalis Auctoritas in ipsos fuerit translata? an à Statibus confessionistis? an à eorum Subditis? an verd ab ipsis Episcopis & Statibus catholicis? sed à neutro Titulus derivari poterit -- Vide cl. NEELLER. Diss. de Jure Diocesano Protestantium. Mogunt. 1751. -- Just. Henr. BOEHMER, de Jure Episcopali Principum evangelicorum, Hal. 1712. -- Geor. Henr. AYRER. de Jure Episcopali Principum evangelicorum partitio. Goett. 1767. -- Jo. Ern. SCHUBERT. von den Bischöflichen Rechten der Landes-Obrigkeit. Helmst. 1763. -- cf. Ad. RECHENBERG. de Prærogativis Principis Imperii protestantis. T. II. Diss. p. 717. -- Jo. Pet. de LUDWIG, de præcipuo Principis evangelici, Hal. 1719.

## XI.

Un quantum verò *Jurisdictio ecclesiastica S. Pontificis* atque *Episcoporum Æ Catholicorum* fuit suspensa: in tantum hæc interim *Dominis territorialibus* cum effectu fuit concessa (1) Quæ *Regula* tamen tribus limitatur *Exceptionibus* in cit. Spho V. art. 48. *Pacis Westph.* expressis: I. "Ad consequendos tamen Reditus, Census, Decimas, & Pensiones, in iis A. C. Statuum Ditionibus, ubi *Catholici* a. 1624. notoriè in possessione vel quasi exercitii *Jurisditionis ecclesiasticæ* fuerunt, utentur eadem posthæc quoque, sed non nisi in exigendis hisce Pensionibus, nec procedatur ad *Excommunicationem*, nisi post tertiam demùm Denunciationem" (2) — II. "*Catholicorum* A. C. addicti Status provinciales & Subditi, qui a. 1624. *ecclesiasticam Jurisdictionem* agnoverunt, in iis Casibus modò *dictæ Jurisdictioni* subsint, qui *Aug. Conf.* nullatenùs concernunt, modò ipsis occasione Processus nihil injungatur *Augustanæ Conf.* repugnans" (3) — III. "Eodem etiàm Jure *Aug. Conf.* Magistratuum *catholicorum* Subditi censeantur, inque hos, qui a. 1624. publicum Religionis catholicae Exercitium habuerunt, *Jus Diæcesanum*, quatenùs Episcopi illud dicto anno in eos quietè exercuerunt, *salvum esto*" (4)

(1) J. P. O. art. V. §. 48. -- Equidem non nisi de Principibus Aug. Conf. additis Legem hanc esse intelligendam, plurimi contendunt Scriptores protestantici: catholicis tamen è contrario eadem sibi jura intuitu Subditorum suorum protestantium non sine Fundamento vindicantibus: nam & hi clara Legis Verba, quibus Jurisdictio ecclesiastica inter Terminos cujusque territorii se continere jubetur, æquali jure pro se allegant, præsertim cum absque eo clara sit Regula in J. P. O. art. V. §. I. stabilita: ut quod vni Parti justum est, alteri quoque parti justum sit oporteat. -- Ast cognoverunt jam pridem inter ipsos Protestantes non exiguæ Authoritatis Viri, ipsam Jurisdictionem ecclesiasticam catholicis æquè Principibus in subditos suos A. C. additos in Regula quàm optimè fundatam esse, quod & sana Juris publici Analogia suadet concludere. HENNIGES in Medit. ad J. P. & Moser. in Scripto: "Die auf das allerbest gegründete Jurisdiction ecclesiastica Catholischer Landesherrn über ihre Evangelische Unterthanen." -- sequitur ex his: non Sæcularibus modò Principibus catholicis ipsam jurisdictionem ecclesiasticam juxta quidem Principia Religionis protestantium, quanvis ipsi ab eà dissentiant, esse exercendam, sed ipsis etiàm Principibus ecclesiasticis, ceterè Episcopis eandem viam omninò esse tenendam, aded, ut ubi quæ Episcopi antiquam jurisdictionem ecclesiasticam exercere non possunt, quæ Principes novam Pacis Westph. jurisdictionem in Rebus sacris exercere debeant: causas subditorum suorum protestantium ad normam quidem Augustanæ Confessionis dirimendo, Religionis Ministros constituendo, & quæ sunt reliqua -- nec inde Dominus territorialis catholicus dici potest, suam eo gravare conscientiam, quatenus stat Paritas à Judæis, quos secundum Legem Mosaicam judicant Principes christiani, quin judaizent, aut suas gravent conscientias -- nùm verò Dominus territorialis separatim pro causis Subditorum protestantium ecclesiasticis *C o n s i s t o r i u m* erigere velit, five non, uti in Principis acatholici ita & catholici libero stat arbitrio, quatenus pari jure, Dominorum catholicorum erit dignoscere, quid suis in Terris conducat -- Unde Gratia Principis unicè erit tribuendum, vbi cum subditis de hujusmodi *C o n s i s t o r i o*, quale in anno normali non habuerunt, ultrò pacifecatur, vti Eminent. ELECTOREM Mogunt. cum civitate suà Erfordienfi fecisse constat. Vide cl. BANNIZA, Diff. subsidia Interpretationis Doctrin. Pacis Rel. & Westph. p. 11. -- de ECKARD. Diff. de jure Principis catholici circa sacra Subditorum suorum protestantium. Mogunt. 1758. -- Ben. SCHMIDT. Icti Bambergensis, Reichsfriedensschlüssige Vertheidigung der geistlichen Gerichtbarkeit Catholischer Reichsstände über ihre Lutherische Unterthanen -- cl. SÜNDERMALER. Diff. supra cit. de suspensa jurisdictione eccl. -- Lud. Phil. BEHLEN. Diff. de Vestigiis jurisdictionis eccl. C. II. §. II.

(2) Undè patet, Episcopos catholicos tempore Pacis Westph. fuisse evidenter in possessione, exercitii Excommunicationis eccl. pro consequendis à Protestantibus alieni territorii subditis suis respectivè Dioecesanis, debitis Reditibus ac Decimis: quam Episcoporum jurisdictionem & ipsi Protestantes in Tractatibus Pacis W. plùs vnà vice clarissimis Verbis agnoverunt: quæ res fecit, ut in ipso Pacis W. Instrumento eadem Episcopis cath. facultas, tanquam Reliquiæ Juris Dioecesani, quæ ad alia suspensi, expressè fuerit confirmata, eo quidem effectu, ut Protestantes, licet ab Ecclesiæ cath. Communione ultrò discesserint, ex hoc tamen ceterò *n o v o* ex Titulo, & ad effectus civiles, adhuc possent excommunicari -- infert quidem HENNIGES satis mordenter in Medit. ad J. P. O. ad d. §. Lit. P. "hujusmodi Excommunicationes tanquam inania Jovis Capitolini Fulmina à Protestantibus esse spernenda: nam quod attingat conscientiam, eandem sanè ad hunc ictum haud valdè expavescere, ex quo semel Ludibriis superstitosæ Reverentiæ se liberatam sentiat" -- ast cum bonâ veniâ DD. Protestantium, clarissimo HENNIGES breviter liceat respondere: tot nempè ex omni jure, hujusmodi Excommunicationis effectus in A. C. additos cadere, quot per conscientiam ipsorum, locum habere possunt, atque Aug. Conf. nullatenus concernunt -- hi verò effectus, sin Canonici, saltim civiles sunt atque feudales, quos scilicet extensâ paulatim Disciplina eccl. non sine Principum sæcul. multiplici consensu & civili eorum Auctoritate introduxit, quod præcipuè spectat: FRIDERICI II. Imp. Constitutio Francofurtensis d. a. 1220. in Corp. jur. publ. p. 3. in quâ §. 7. sic statuitur: "& quia Gladius materialis constitutus est in Subsidium Gladii spiritualis: Excommunicationem, si excommunicatus in eâ ultrà sex Septimanas persistisse prædictorum modorum aliquo nobis confiterit, nostra Proscriptio subsequatur, non revocanda, nisi priùs Excommunicatio revocetur" neque hæc Constitutio per Capit. nov. art. XX. revocata esse intelligitur, intuitu scilicet  
media-

mediatorum feudi Possessorum" -- præterquam quod ejusmodi Excommunicatus æquè laboret infamiâ Juris, utpote quæ se sola indignos producit effectus civiles, quibus Protestantes, ubi Censuræ &c. Episcopis debitas cum pertinacia reuuant, compelli possint ad Officiam, salvâ eorundem Conscientiâ & Religionis libertate: id quod sane Pacificentes Osnabrug. ob Oculos habuisse, censi debet. Vide cl. BARTHOLI. Diss. de Jure reformandi novo. art. IV. §. 8.

- (3) Quippe hic sermo est de Subditis A. C. addictis, qui in Principum catholicorum territoriis degunt: hi jurisdictioni ecclesiasticæ Episcoporum porro subesse jubentur, ubi in anno normali, h. e. vel semel, eû unico actu eandem agnoverint, vel nisi eidem per totum hunc annum se publicè subduxerint -- quales verò sint illi casus, qui Aug. Conf. non concernunt, ipsa innuit Pax Rel. §. 20. "aber in andern Sachen und Fällen, die Augspurgische Confession, Religion, Glauben, Kirchengewöhne, Ordnungen, Ceremonien etc. nicht anlangend" casus Quæst. ergo sunt: causæ Decimarum, Sacrilegii, Juris Patronatus &c. has nempe Partes vicissim & Magistratus protestantes in Subditos catholicos, ubi de Jure competit, exercent -- citatus verò Sphus nosse haud obscure inculcat, mutuam exactamque speciatim in exercendâ jurisdictione eccl. æqualitatem, quantum per ipsa vtriusque Religionis Principia (quibus derogare Pacificentium mens non erat) fieri possit, Statibus utrobique esse relinquendam: atque per hoc innuit, Subditos etiam catholicos in iis casibus, qui ipsam Religionem catholicam nullatenus concernunt, modò occasione Processus nihil injungatur, Religioni cath. vel Conscientiæ repugnans, jurisdictioni Dominorum suorum A. C. addictorum subesse debere, ubi in anno Decretorio, Episcopi in tales Subditos Jus Diocesanicum nullatenus exercuerunt -- verùm cum plurima, quæ juxta Catholicos, causis merè ecclesiasticis accensentur, ex principiis Protestantium ad causas merè politicas referantur, negotiis catholicorum ecclesiasticis verè atque essentialiter talibus Authoritatem Episcopi vel pro re nata S. Pontificis absolutè exigentibus: satis inde elucescit, jurisdictionem eccl. Dominorum protest. in Subditos cath. exigente ita catholicæ Religionis indole, arctioribus Cancellis, quàm jurisdictionem Catholicorum erga Subditos protest. contineri -- quod si Status catholici in Subditos suos protestantes eam, quam Status A. C. in suæ Religionis subditos exercent, ecclesiasticam sibi jurisdictionem tribuunt, plus sane quàm ipsi Status protestantes non habent: minus autem habituri, si eadem carerent; at si è contra Domini Protestantes, in Subditos suos catholicos, ecclesiasticam sibi vindicarent jurisdictionem, quam ipsi Status catholici in Subditos suos catholicos sibi non tribuunt, plus sane, ac ipsi catholici, contra mutæ æqualitatis Regulam, haberent. Vide Henr. HILDEBRANDT. Diss. de anno decretorio. Altorf. 1705. -- God. Dan. HOFFMANN. de die decretorio Cal. Jan. 1624. Tüb. 1750. -- cl. SÜNDERMALER. Diss. supra cit. de suspensa jurisdictione ecclesiastica. §. XXI. sqq.

- (4) Unde quàmvis Regula generalis sit: quod nova Jurisdictio eccl. intra Terminos cujusque territorii se contineat, ipsa tamen antiqua Jurisdictio eccl. in Subditos illos cath. qui in Aug. Conf. Statuum territorii degunt, Episcopis integra fuit conservata, modò aliqua anni normalis parte in ejusdem exercitii fuerint possessione -- Fluit ex his Regula: quod, quale in anno normali utrobique viguit Exercitium Religionis, publicum, vel privatum, idem porro quoque ibidem vigere debeat: qui verò nullum in toto hoc anno normali Religionis Exercitium habuerunt, sive publicum, sive privatum, hi nullum quoque posthac exercent, vtpotè qui tolerati tantum habentur -- hisce tamen non obstantibus, catholici optimo usque Jure defendunt, Subditos catholicos in A. C. Statuum territorii degentes, qui nullâ aded dicti anni normalis parte nec publicum, neque privatum catholicæ Religionis Exercitium habuerunt, essentialiter ac necessariò dependere ab ipsâ Jurisdictione sacrâ S. Pontificis, atque Vicini alicujus Episcopi, vel Commissarii Apostolici, circa Actus Religionis cath. essentielles; ut eorum conscientiæ nullam omninò liceat vim inferre, cum aliàs, aut tolerati, aut catholici propriè tales esse desinerent, siquidem hæc Nota est Ecclesiæ catholicæ characteristica, quod uno sub Capite visibili D. PETRI Successore singula ejusdem Membra congregentur, à quo mediante Episcoporum ac Sacerdotum Hierarchiâ, quæ ad Sacra dependeant, Vide cl. BRHLENI, Diss. supra cit. Cap. II. §. 13. -- huc faciunt MOSERI Progr. de Exercitio Religionis domestico -- Jo. Chr. BALSER. de Libertate Religionis. Giesl. 1738. -- Just. Henn. BÖHMER. de Tolerantiâ Religiosæ effectibus civilibus. Hal, 1726. -- Jo. Pet. BANNIZA. de diversarum Religionum in eodem Territorio tolerantia ac receptione. Wirceb. 1737.

Quamquam *Jus reformandi* (1) nullatenus dici possit Pars essentialis & potestativa *Superioritatis territorialis* (2) ejus tamen *fundamentum* rectè dicitur ipsum *Jus Territorii* (3) quod uti in *Politicis* tanquam propria & conaturalis *Causa*, sic in *Ecclesiasticis* tanquam *Conditio sine qua non*, liberum fundat *Exercitium*. (4) Quum verò *Juris reformandi*, *Dominis territorialibus* hodiè paradoxum adeò in Modum competentis, nulla alia origo sit & mensura, quam *Praxis hactenus in Imperio usitata*, per *Pacem Westphalicam* ceù *Legem publicam* àc *fundamentalem* temperata (5) hinc *Dominus Territorii* nequaquam opus habet, ut *Titulum*, *hujusve Juris Possessionem* probet, sed hoc ipso, quo est *Territorii Dominus*, etiàm *Jus liberum* solidumque *reformandi Religionis Exercitium* ex communi per totum *Imperium* usitatà praxi habere, fortissimà *Præsumptione* censetur. (6) Vndè *Principes Catholici* etiàm contra *Statum anni normalis*, *simultaneum innoxium*, ceù *publicum suæ Religionis Exercitium*, *Jure* introducunt in *Territoria* sua, modò *Religioni evangelicæ* nullum inde *Præjudicium* inferatur. (7)

(1) J. P. O. art. V. §. 30. 199. -- hoc *Jus reformandi* generatius spectatum, est libera facultas *Exercitium Religionis* vnà cum adnexis ordinandi, dirigendi, judicandi, tolerandi, mutandi, & abolendi -- strictius verò suntam innuit *Potestatem*, *publicum Religionis Exercitium*, cui *Dominus territorii* additus est, introducendi, & quod hactenus viguit, vel in toto, vel ex parte abrogandi -- ità enim in *Instr. P.* art. V. §. 29. idem *Jus liberis quoque Civitatibus* competere dicitur tam *Ratione Juris reformandi* (videlicet specialius accepti) quam aliorum *Casuum Religionem concernentium*, eo, quo scilicet ipsum *Jus reformandi* generalius spectatum percutitur -- Vnde hoc *Jus reformandi*, variis in *Instr. P. W.* prædicatis legitur expressum: sic art. V. §. 48. audit: *Jus Dioecesanum & Jurisdicctio eccl.* -- art. VIII. §. 1. *liberum Juris territorialis* tam in *Ecclesiasticis*, quam *Politicis Exercitium* -- Art. XIII. §. 8. in *F.* ipsum adeò *Jus in Sacra* vocatur: ex quo fluit, *Jus reformandi* generalius acceptum, denotare totum *Potestativum*, ipsam *Sacrorum Jurium univrsitatem*, per se & in *Regula* sub se comprehendens. Vid. de ZECH. *Medit. de origine, indole, effectibus, atque historia Juris reformandi.* Franc. & Lips. 1728. -- *Grundriß des sogenannten Juris reformandi*, item: *Zusatz zu dem Grundriß* item: *kleines Bau-Modell nach dem Grundriß des sogenannten Juris reformandi.* Regensp. 1757. -- hæc sine nomine edita sunt à R. & Cels. Principe ad St. EMMERANUM, Jo. Bapt. KRAUSE. -- cf. Jo. Casp. BARTHEL, *de Jure reformandi antiquo & novo*, in ejusd. opuse. Tom. I. opus. 2. & 3.

(2) Siquidem ante magna *Religionis dissidia* *Statu s Imperii ipsam Superioritatem territorialem* vnà cum *Regalibus* absque diminutione possederint, memorato *Jure reformandi* plane carentes, atque adeò hujusmodi *Jure in Sacra*, penès *Principes christianos Sæculares*, prorsus incognito, id quod juxta absolutam *Institutionem divinam* semper penès *Ecclesiam*, & vel *Jus Pontificium*, vel *Episcopale* fuisse, nullus ignorat -- Vnde patet, *Novitiam illorum esse Doctrinam*, qui *Jus reformandi* ceù in *Sacra*, *Principibus sæc.* quasi à *Clero* sive *Episcopis* injustè usurpatum, per *Pacem R. & W.* jure velut *postliminii* restitutum esse contendunt, eo quo ipsis *Legibus publicis* vel eo magis refragantur, quò istæ *disertioribus Verbis*, *causam juris reformandi* solam *Praxin* hactenus in *Imperio* usitatam apertè constituunt & profitentur -- Vnde hoc *Jus reformandi* modò cum *Jure territorii* *Statibus* competens, iis quoque ex *Jure territorii* competere, nullatenus intelligitur. Vide cl. BARTHEL, *de jure reformandi novo*. §. VI.

(3) J. P. O. art. VIII. §. 1. vbi firmatum legitur *juris territorialis* tam in *Ecclesiasticis*, quam *Politicis Exercitium* -- Vnde ortum est famigeratum illud & *Protestantibus* tam *solenne*  
Axio-



Axioma: "cujus est Regio, illius etiã est Religio" vide ZALLWEIN. T. III. p. 365. sqq. -- constans igitur est Regula, jus reformandi vicè dependere à jure territoriali; unde ex sola Qualitate feudali vel subfeudali ipsum jus reformandi nec à Domino directo, nec à Vasallo vindicari potest, vbi scilicet ipsa qualitas feudalis cum superioritate territoriali non est conjuncta -- nec Domino territoriali Vasallo jus reformandi competit in eo, quod Dominus directus anno dieque normali olim præterit, aut sibi arrogavit, Vid. J. P. O. art. V. §. 42.

- (4) Unde adparet notabilis differentia inter Jus quoddam superioritati territoriali essentialiter connatum, & inter jus, eidem simpliciter adhærens, ad quod proin superioritas territorii se habet tanquam mera Conditiõ sine qua non; id est: qui sublimi jure territorii præditus non est, Jus reformandi non habet: quisquis verò eodem gaudet, gaudet quoque jure reformandi; ast non ex Jure territorii, sed cum Jure territorii, scilicet ex communi hætenus vñtatã Praxi.
- (5) Etenim in Tractatibus Pacis W. plurimùm diùque inter ipsos Pacifcentes catholicos & Protestantas disputatum fuit, nãm jus reformandi Pars sit Superioritatis territorialis: an verò ex alio Jurium genere? illis hoc ipsum S. Pontifici & Episcopis ex jure divino, & constanti Ecclesiã traditione vindicantibus: his verò contrarientibus, illudque jus reformandi Albo jurium Potestatis civilis accensentibus, cujus obtentu, totum Reformationis opus aggredi & defendere conabantur, ut vna esset eorum Vox: ejus esse Religionem, id est: arbitrium de Religione publicoque ejus exercitio statuendi, cujus est Regio -- tandem fuit conventum, ut jus reformandi quidem in Potestate eorum sit, qui Superioritate territoriali potiuntur, alio tamen Titulo eoque medio, quem vtrique sibi proprium facere possent: itaque necesse visum est, ut communis Praxi diceretur per totum Imperium hætenus vñtatã. Hoc enim Facti magis quam Juris est nomen, quod à Catholicis pro ipsa Vñsurpatione, quam ex necessitate passi fuerant, accipi poterat. -- Desuper scitè discurret Author Medit. ad Infr. P. art. V. §. 30. p. 423. "studiosè non praxi modò vocatur, (Jus reformandi) sed & communis praxi, quasi morem dixisses, qui longe lateque invaluit quidem, sed prave, & cum Ordinis ecclesiastici injuria. Id quod magis etiã indigitatur adverbio illo: hætenus, quod indicare videtur, olim quidem diversum rectius obtinuisse, sed ab aliquo tempore obrepisse hanc Praxin pravo vsu: quod autem additum fuerit: per totum Imperium, hoc eo Confilio factum arbitror, quia Catholici nolebant, Protestantas hæc in re melioris conditionis esse, postquam eandem ipsi Praxi semel adscripserant"
- (6) Quatenus sæpè citatum axioma, cujus est Regio, illius est Religio, & fundata desuper communis in Imperio vñtatã praxi, ex nullo alio jure, quam ex Pace Rel. & Westph. Determinationem atque Mensuram admittunt, proin extra omnes Limitationes illas atque Exceptiones, quas Praxi huic, Pax Rel. & W. summo Subditorum Beneficio posuit, Jus reformandi Statibus Imperii liberum servari, atque illibatum manere debet -- Unde Regula generalis stat pro jure reformandi solis Dominis territorialibus competente: Exceptio verò pro ipso Religionis Exercitio & annexis, quatenus ex anno 1624. non Dominis, sed eorum Subditis competit. -- Ex quo fuit, jus reformandi intuitu Domini territorialis nullatenus restrictum esse ad annum diemque normalem, omninò tamen liberum Religionis Exercitium, eique annexa intuitu Subditorum -- patet igitur, Dominos territoriales quã tales nullã Ratione obligari, ad edendum Titulum, aut probandam libertatem sive possessionem exercendi juris reformandi: Subditos e contra, siquas exceptiones contra illud allegent, easdem concludenter probare, atque aded demonstrare teneri, exceptiones allegatas in ipsã Pace Westph. expressè fundatas esse -- Quæ verò ipsæmet exceptiones in casibus non exceptis pro libertate juris reformandi, constantem firmant Regulam, id quod vltra disertè confirmat idem Infr. P. W. art. VIII. §. 1. -- præterea ex nullo Pacis Rel. & Westph. Textu ostendi potest, quo jus reformandi simul ad commercium sive communionem Statuum Provincialium & Subditorum pertineat, itã ut Principes in vsu ejusdem, veluti sui Regii Reservati juxta loquelam Protestantium) nullatenus indigeant consensu statuum Provincialium, cetũ Subditorum suorum, quin potiùs contrarium tum è littera Legis, tum (seclusis Pactis specialibus) ex libera Praxi, Jugique Observantiã eruitur. Vide Jo. Henr. BOCRIS de Onere probandi, Subditis in Religione à Domino territorii dissentientibus regulariter incumbente, si jus reformandi, ob annum normalem cessans & limitatum optineat. Bam b. 1745,

(7) Desuper rectè discurrit ipse cl. DECHERRUS in Consult. Forens. L. I. de Pace civili Relig. germ. C. 40. N. 15. "Principem cath. autem ad Protestantium Fidem secedentem, vel alterutrum ex Protestantibus ad Catholicorum Sacra abegentem, in Territorio etiã alterius Religionis, quod vel ab initio habuit, vel ex alio iusto factò adquisivit, non modò privatam, quod priores se inter constituerant, sed etiã publicum suã Religionis Exercitium introducere posse, modò alterius Religionis affectas vi factove non turbare, nec Fundationes, Tempa, redditus, & huiusmodi alia, alteri de Jure competentia, & juxta Instrumentum Pacis, debito signatoque tempore possessa, eripere, aut communia facere, inquietare Possessores, prætextu sibi competentis publici Religionis Exercitii, contendat: liberum etiã ei relictum esse, Tempa vel noviter reedificare, vel pro derelictis habita aut devastata, sive ex vi Superioritatis territorialis, sive respectu Episcopalis, reedificare, & illorum redditus jure ad se devolutos publico Cultui attribuire: hæcque omnia, quocunque ea in ejus loco fuerint, aut quocunque tempore, ex quacunque demùm Ratione fieri placuerit" -- quam Assertionem ipsis Pacis Rel. & Westphalicæ Placitis æquè ac communi per totum Imperium hæcenus vstitatæ Praxi apprime convenire, ex supra deductis liquet -- hæc facit antiquissimum Rescriptum Wolfgangi Elect. Mogunt. ad nobiles Eiusselebricos, adhuc ineditum, d. 4. Aug. 1595. ubi ita ad Gravamina Religionis: "Dieweil auch darmit bekantlich sein soll, daß wir nicht allein kraft mehr angezogenen Religions-Friedens unsere des Orts ingemein hergedachte Catholische Religion zu erhalten befigt, sondern da sie gleich bishero daselbst nicht gewesen, dennoch in kraft unserer Landesfürstl. Obrigkeit auch anzustellen allerdings berechtiget seind: und in dem andern nichts vornehmen, als was alle Churfürsten und Stände des Reichs in ihren Obrigkeiten und Gebieten billig und gut heißen" -- Argumenta Authorum protestantium contraria, cum Fundamento jam factis refutavit inter alios clarissimus BARTHOL. I. C. opusc. III. art. VI. §. 8. 9. 10. p. 291. seq. -- Vid. Begriff deren von einigen protestantischen Scribenten Verdrähten. §. 30. 31. Art. V. Pac. Westph. Regensp. 1758. -- Frage: ob ein Königlich-Catholischer Fürst und Herr, welcher einem Coangelischen Fürsten succediret, vigore Instr. Pac. W. Jurisdictionem ecclesiasticam, wie der Vorfahrer selbige gehabt, gleicher Weise in Subditos A. C. exerciren könne? Regensp. 1758. -- Verdrehung des nudi facti Possessionis anni normalis 1624. ibid. -- Antwort auf die Einwürffe wider den Satz: daß ein vorher Protestantischer, hernach zur Catholischen Religion übertretender Reichs-Stand, das Religions-Exercitium seiner Unterthanen reformiren könne. Regensp. 1758. -- cf. Chr. RITTMAYER. Vindiciæ juris reformandi. Cobl. 1703. -- Jo. Nic. HERTIUS. de jure reformandi Statuum Imperii, sive Examen Vindiciarum Rittmeyerianarum. Gieß. 1710. -- Ursprung des Simultanei. 1720. -- Ungrund des Simultanei. 1720. -- quod utrumque extat ap. de SCHAUROTH. T. III. p. 594. -- Ungrund der so betittelten Schrift: Ungrund des Simultanei. 1757. extat in dem Zusatz zu dem Grundriß des sogenannten Juris reformandi, supra cit.

### XIII.

*Upla Juris reformandi Libertas*, Subditorum Beneficio, strictà limitatur  
 1. Observantiã *anni decretorii* (1) vi cuius *Domini territoriales* Civibus suis, qui a. 1624. *publicum* vel *privatum Religionis Exercitium* habuerunt, omnia, quæ d. a. exercuerunt, integra conservare debent (2) quod si Cives *anno normali*, neutro *Religionis Exercitio* gavisi sunt: quãndiù in *Territorio* tolerantur, ipsis denegari nequit saltim *Devotio domestica* (3) aut ubi non tolerantur (4) iisdem concedendum est *flexibile Beneficium emigrandi* (5) de cetero in *Territoriis oppignoratis*, factà jam Reluitione ad *Dominum directum* reversis, ipsum *Jus reformandi* aliquantum liberius esse dignoscitur. (6) ut verò *Jus reformandi* omninò servetur *innoxium*, ipsam *Conscientiæ libertatem* lædere non debet. (7)

- (1) J. P. O. art. V. § 31. & 32. -- de Civitatibus immediatis vide cit. art. §. 29. -- nullatenus autem, ut supra notavimus, hoc jus reformandi tanquam Regula, restringitur ad annum normalem quod ad ipsum Exercitium, sed solummodo tanquam Exceptio quod ad Modum illud exercendi, ut juxta Leges servetur innoxium, de quo jam satis -- vide Jo. HORIX. Versuch von dem Reichsstädtischen Entscheidungs-Ziel zwischen Catholischen und Protestanten. Nürnberg. 1764. -- cf. Dav. Ge. STRUBE. Nebenst. T. VI. (1765.) p. 514. & 552.
- (2) Pro Subditis verò hic ultra plus juris non quadrat, quam quod in Materia Præscriptionis receptum est, scilicet: quantum possessum, tantum præscriptum: non enim, quod probè notandum est, laudatus §. 31. art. V. Subditis eundem præcisè & in abstracto Religionis Statum, qui fuit in anno decretorio, asserit servandumque statuit, sed vnicè Possessionem vel quali, quò ad Exercitium Religionis & annexa, & quidem sub insigni limitatione, quantenus hæc reapse exercita fuerunt, eò exercita fuisse probari poterunt, servat & tuetur: extra & ultra hoc factum verò stat pro Statibus inconcussa libertatis reformandi Regula, ut in reliquis omnibus, nil Subditis maneat, nisi sola obsequendi gloria: Character nimirum Religionis Dominantis à Fide Regentis eò Domini territorialis, dependet: Subditorum verò facultates, suis in Legge publicà terminatis limitibus concluduntur. Vide supra §. XII. N. 6.
- (3) J. P. O. art. V. §. 34. -- Vide supra §. VI. N. 4. -- Jo. Jac. MOSER. Grundsätze von dem öffentlichen, privat-und Haus-Gottes-Dienst. in den Abh. von L. Staatsfachen. P. 2. p. 1. sqq.
- (4) Malè verò à Statibus non nullis tot diversæ in Imperio tolerantur Sectæ, idque contra Legem publicam generaliter prohibivam J. P. O. art. VII. §. 2. in F. vbi tres duntaxat Religiones pro Imperio determinantur, ut facilius & securius Jugis comiter & pacificè convivendi Ratio inter trium Confessionum Cives obtineatur, & univèrsalis Conventio atque Concordia tandem restituatur. cui profectò fini, aliarum tolerantia Sectarum, & invalefcens exindè Libertinismus maximum imò adèd necessarium poneret impedimentum, non sine novarum & continuarum turbarum in Imperio indeciendarum, nec non imminenti toti Reipublicæ compagi Dissolutionis periculo. Præterquam quod omnis Heterodoxia crimen sit læsæ Majestatis divinæ, in quod non jure tantum Divino, sed & Civili variæ Statutæ sunt poenæ atque proseriptiones: L. 1. & sqq. Cod. de summa Trinit. & toto Tit. de Hæret. & Manich. -- cf. S. Script. Deut. 17. V. 18. -- Jud. 6. V. 1. -- Samuel, 4. V. 15. -- I. Reg. 12. V. 14. & 18. -- Matth. 22. -- I. Corinth. 12. -- Vide cl. DECKHERRUM. supra cit. de poenis Hæreticis infligendis. C. 56. anno 6. -- hic verò frustra Argumentum petitur à speciali Protectione Judæis in Imperio concessà, qui, postquam vetus Advocatia Imperatoris Judaica tanquam Regale Statibus quoque fuit communicata, salvis Legibus tolerantur in Territoriis, Dominorum quidem Tributarii, at (quod dolendum est) non vbi que intra justos strictioris Politicæ Limites satis coarctati in Christianorum sæpè ruinam. Vide Ge. Henr. AYRER. de jure recipiendi Judæos. Gœtt. 1741. -- God. Dan. HOFFMANN. de Advocatia judaica. Tüb. 1749. -- Mich. Frid. LOCHNER. de Reservato Imperatoris Aurum coronarium exigendi à Judæis etiàm in aliorum Statuum Imperii Territoriis degentium. Altd. 1726. -- cf. STRUBE. rechtliche Bedenken. T. III. Resp. 70. -- MOSER'S Staats R. T. IV. p. 71. sq. -- HEINECCIUS. T. 1. Resp. 6. -- PFEFFINGER. L. III. Tit. 17. p. 1275. sqq.
- (5) J. P. O. art. V. §. 36. & 37. -- invitos autem transplantare maxima est injustitia, ipsius Pacis atque Libertatis offensiva -- Vide Jo. Will. HOFFMANN. de jure emigrantium propter Religionem. Frf. 1732. -- Casp. BECK. de eo, quod justum est circa Emigrationem Civium, Religionis causâ factam. Jen. 1728. -- Jo. FLEISCHER. de jure reformandi, & independente jure emigrandi. Hal. 1733. -- Rud. ENGAV. an Cives Religionis causâ emigraturi, queant transplantari? Jen. 1740.
- (6) J. P. O. art. V. §. 27. -- Vide Franc. Ant. DÜRR. de eo quod justum est circa jus reformandi in Territorio oppignorato, cujus facta est Reluctio. Mogunt. 1760.
- (7) Unde rectè Pax Westph. art. V. §. 26. cavet, ne Instituto catholicæ Religionis præjudicetur -- Quòd verò Pax Westph. cuilibet libertatem mutandi Religionem generaliter afferat: quæri potest, an Episcopus æquè ac Dominus territorialis, suis quoque permittere debeant Religiosis libertatem, transeundi ad alteram Religionem? R. in Conventu Norimb. 1523. Monachos Apostatas puniendos esse, conventum est per Pacem Pragensem §. 8. in F. & 17. -- Status enim quò ad Religiosos invariatus manere debet, adèd vi Pacis Westph.

art.

art. V. §. 26. vbi: "Magistratui ecclesiastico sua Jura ex Instituto Ordinis in ipsos Religiosos competentia, salva & illibata sint" -- ergò Instituta Ordinis in Apostatas justam animadversionem statuunt, cui contra mentem Pacis à Protestantibus subducuntur -- Sacrilégi verò Religiosorum liberi Successionis capaces non sunt, quatenus per ingressum Monasterii, omni juri succedendi à Patre fuit renunciatum: ad Jura verò legitimè renunciata non patet Regressus, nec Pax Westph. hac ullibi restituit.

XIV.

Quemadmodum Dominus territorialis evangelicus in Templis anno 1624. à Catholicis possessa, simultaneum suæ Religionis Exercitium nulla ratione valet introducere (1) ità idem nec Principi catholico in Templis Evangelicorum liceat oportet (2) Princeps verò Imperii evangelicus Monasteria sui Territorii ab Ordine Religioso a. 1634. possessa, post derelicta ceu quomodocunque evacuata, nullo Jure valet occupare, sed liberæ Episcopi, cui olim subfuerunt, Dispositioni relinquere tenetur (3) qui ea tamen citra Summi Pontificis Auctoritatem nullatenus valet secularizare. (4)

- (1) Idque nequidem eo tempore, quo Catholici illa Templis haud frequentant: nec pars quidem Templi ut amplissimi concedi potest Protestantibus, quatenus ut in hoc casu pro Evangelicis, ità quoque pro Catholicis militat §. 31. & 32. art. 5. J. P. O. -- nec dici potest, Catholicis nullum inde inferri præjudicium: cum hoc satis sit præjudicium, quod dimidium jus suum amittant, & præterea fieri non possit, ut per coexercitium non aliquam molestiam adficiantur, Cultusque eorum divinus, quem cum soli essent, quovis momento celebrare poterant, subinde impediatur -- Ipsi porro Protestantes talem Simultaneam Introductionem tanquam Juribus & Paci imprimis Osnabrugensi contrariam damnant -- Vide cl. Aug. LEYSERUM. Medit. ad Pandect. T. 1. Spec. XXIII. §. 3. -- quæ demum CAMERA IMP. de super Mandata de non contraveniendo J. P. O. decreverit. vide ap. DECKERUM, in Consultat. Forens. L. 1. P. 1. C. 38. N. 21.
- (2) Quatenus per Pacem Osnabrugensem art. V. §. 1. inter utriusque Religionis Principes & Status exacta mutuaque æqualitas fuit stabilita, ut quod uni Parti justum est, alteri quoque justum esse debeat -- nisi forsan jure Repressaliarum, facti sui Justitiam tueri voluerit. Vide LÜDIG. Europäische Staats-Consilien. P. 2. N. 389.
- (3) J. P. O. art. V. §. 25. & 26. -- hunc verò Episcopum Limites in Pace W. circa Dispositionem ceu Provisionem vacui Monasterii positos strictius servare oportet: unde in eo idem Religiosorum Ordo præ cæteris est conservandus: quod si Ordo ob paucitatem nequeat, aut nolit mittere supplementum, tunc ipse Religiosorum Ordo, quatenus Monasterium dereliquit, civiliter intercidisse censetur, Arg. L. 8. in fin. C. de omni agro deserto -- atque casus in J. P. O. art. V. §. 26. expressus, inde videtur existere, ut aded liberum tunc sit Episcopo, ex qualicunque alio ante Religionis Dissidia visitato in Germanâ Ordine novos pro lubitu Religiosos substituere, Vid. cl. LEYSERUM, l. c. §. 8.
- (4) Contrà cl. LEYSERUM, l. c. §. 9. vbi minimè attendit ad Principia Religionis catholice propria, secundum quæ hujusmodi Jus summo Pontifici reservatum, tanquam ipsius Primatui absolute adherens, ab Episcopis nullo Jure potest vindicari: quatenus Monasteriorum Secularisatio non potest non versari circa Ecclesie universalis Interesse, cujus professio interest, ut Monasteria veluti perpetua Religionis catholice Seminaria vel maxime inter A catholicos conserventur, in fidei augmentum. -- nec ipsa Pax Westphalica Episcopis potuit tribuere Jus, quo ut in conscientia prohibentur.

XV.

Quam Statuum Imperii Regimen territoriale ferè ad ipsam Imperii Cæsarei Normam compositum, ejusdem profectò Analogiam in plerisque, externam Regiminis Formulam spectantibus Institutis sequatur (1) hinc vti intuitu Insignium (2) atque Majestatis Sigillorum (3) tantum non planè eodem cum Imperatoribus utuntur Jure Status Imperii, sic ad externa Majestatis territorialis Symbola pertinet quoque Jus Officia aulica hæreditaria (4) instituendi, ut plerumque, Pincernas, Dapiferos, Marefcballos, & Camerarios in Aulis suis aluerint, iisque sensim hæreditariam Officii sui Prærogativam indulserint. (5)

[1] Quid quod spectatâ internâ Regiminis territorialis formâ longè illustriora sint Statuum Jura, quàm vel ipsius CÆSARIS per univèrsam Imperium. Vide EISENHARTH. Recht der Eyrichwörter. p. 567. sqq.

[2] Vide Jo. Henr. Chr. de SELCHOW. Elem. Jur. germ. §. 250. sqq.

[3] Jo. Mich. HEINECCIUS de Sigillis. p. 76. sq. -- cf. nouveau Traité de Diplomatie. T. IV. §. 14. sq.

[4] Scriptores huc pertinentes recenset Cl. de SELCHOW. in Elem. Jur. germ. §. 269. -- Vide MOSER teutsches Hofrecht. T. II. p. 131. sqq. -- Estor neue kleine Schriften. T. I. p. 192. sqq.

[5] Sic in Electorali AULA Colonienfi Officiis hujusmodi HÆREDITARIIS & quidem I. SUPREMI ELECTORATUS AULÆ MAGISTRI [Obrist-Land-Hofmeister] illustriss. Comites de MANDERSCHIED-BLANKENHEIM: II. MARESCALLI [Obrist-Land-Marschall] illustriss. Comites de SALM-REIFFERSCHIED: III. PINCERNÆ [Erbischen] Sereniss. Duces Arenbergæ: IV. CAMERARII [Erb-Kämmerer] illustriss. Comites PLETTENBERGII, jam olim insigniti resurgent, quorum tamen MINISTERIA, mutatis AULÆ Rationibus hodiè rariùs exiguntur -- ceterum hoc ipsum jus olim specialibus CÆSARUM Codicillis à potentioribus IMPERII PROCERIBUS, quælitum, soli hodiè JURI TERRITORIALI meritò adsignatur. Vide DÄHNERT. Pommerische Landesgesetze. T. I. p. 2.

## XVI.

In eo autem Regimen Statuum territoriale præcipuè imitatur ipsam Regiminis Imperii formam, quod, vti Imperatores in Causis univèrsam Imperium concernentibus regulariter indigent Consensu comitali, ità hi pro diversis diversorum Regiminum formis, sive Consilio, sive adeò Consensu Statuum provincialium (1) in Negotiis gravioribus utantur. (2) Vnde Principi competit Jus, Dietas provinciales (3) indicendi (Landtäge auszusprechen) quò Status provinciales, qui plerumque in tres Ordines: Prælatorum & Comitum, Nobilium, ceù Ordinis Equestris, & Civitatum dispescuntur (4) tanquam Landsaffii evocantur (5) ut de Bono publico, salute Principis à Principatûs in commune consultent. (6)

(1) Quorum jura ab antiquo suam trahunt originem: Principes quippe propriam sibi atque hæreditariam Potestatem vindicantes, Nobilibus atque Civitatibus talem relinquebant libertatem, ut eo certius agnoscerent ipsorum Imperium, sensim deinde per certa Pacta confirmatum: quare Principes Regimen ineuntes, Antecessorum Concordata confirmare, & de factis tectis Juribus à Privilegiis Ordinum Provincialium & Subditorum conservandis dare solent Reversales: vnde die Landes-Verträge, Lands-Vereinigung: præterquam quod Principes ecclesiastici per certas Capitulationes obligari soleant à Capitulo. Vid. LEHMANN Chronicon Spirense. L. 5. C. 108. p. 631. -- Day. Ge. STRUBE, de Statuum Provincialium Origine &

& præcipuis Juribus, in Observat. Jur. & Hist. germ. p. 157. sqq. -- ejusd. Nebenst. T. 2. p. 424. -- Sam. STRICK. de Statibus Provincialibus. F r f. 1679. -- MOSERS Nebenst. P. 1. p. 77. sq. & P. 2. p. 165. sq.

- (2) In multis tamen Provinciis præter causas Collectarum, & quæ huc pertinent, rarè ipsorum Consilia, minùs Consensus expetuntur: quippe eorum jura olim ampliora, noviore Ætate in quibusdam Territoriis ita sensim fuere diminuta, ut ipsum aded nomen Statuum Provincialium non nullibi exsolèverit. In pluribus tamen Provinciis, licet dispere Statu & Jure, etiamnùm supersunt, de quo infra.
- (3) Quæ vel sunt univèrsales: ad quas omnes èvocantur -- vel particulares: quando Selecti saltim ex Ordinibus conveniunt, qui vocantur: Der Ausschuss, atque distinguitur in den engerh und weitem Ausschuss. -- Modus Diætas hujusmodi Provinciales celebrandi ferè idem observatur ac in Comitibus Imperii: quod si stato tempore comparuerint Ordines, peractis sacris, Propositiono fit à Commissario Principis, cui Primarius ex Statibus respondet, inde Propositiono exhibetur; hinc in separata sua Collegia Status secedunt, ubi primùm Præliminaria pertractant, atque Gravamina [die Landes-Gebrechen] quæ contra Regimen habent, singulari scripto [Præliminar-Schriфт] exponunt, eorundemque Medelam à Principe petunt, factâ ad hæc Principis Declaratione, Status deliberant de Materiis propositis, & conveniunt de certis ad Onera publica sustinenda Præstationibus, quæ vocantur die Lands-Bewilligungen: quod si Conclusum cum Principis Sententiâ nondùm conveniat, tam diù Principem inter & Ordines provinciales agitur per duplicem, triplicem, quadruplicem, usque dum invicem conveniant. Hoc factò, Recessus formatur [der Landtags-Abschied] idemque in duplo conficitur, Principis atque Statuum Subscriptione & Sigillis muniendus: cujus Exemplar vnum in Principis, alterum in Statuum Archivio adservatur. Hinc fit Publicatio, atque tunc Recessus iste vim habet Legis Provincialis. Vide Jo. Theod. von FLIESSENHAUSEN. Bericht von Landtagen -- Ahasv. FRITSCHE. de Conventibus provincialibus. Geræ. 1670. -- cf. de SECKENDORFF. Deutscher Fürstenthum. L. 2. C. 4. -- Frid. Vir. PESTEL. de Comitibus provincialibus. Rintel. 1732. -- Jo. Jac. MOSER. von der deutschen Landständen Conventen ohne Landesherliche Bewilligung. in ejusd. Nebenst. P. IV. p. 876. sq.
- (4) Matth. de SCHULENBURG. de Privilegiis ac Prærogativis Nobilium mediatorum in Germania. F r f. 1749. -- Jo. Chr. Wil. STRICK. Abhandl. aus dem deutschen Staats- und Leben-Recht. p. 63. sqq.
- (5) Quod jus èvocandi Status [Landtage auszuschreiben] sine dubio competit Principi, quatenus Imperium habet in suos Landsassios, qui vocati comparere coguntur, Vid. Wilh. LEYSER. de Landsassii, atque Schriftassii & Amtsassii. L i p s i. 1725.
- (6) Enimverò Statuum provincialium Consensus, in Negotiis ipsum Territorii Regimen atque Politiam Provinciæ concernentibus, utpote in causis Religionis, Legibus sancientis, Tributis, & Statu militari, communiter ac regulariter est requirendus: unde in Loco à Principe assignato univèrsim congregati, constituunt vnum Corpus [eine gemeine Landschaft] Subditos univèrsos & singulos representans, quorum communi nomine deliberant & concludunt, aded, ut quidquid constituunt, ab ipso univèrso Populo constitutum esse censetur -- hi Ordinum Deputati pro Debito nequeunt arrestari: quatenus Reipublicæ gratiâ proficiscuntur, unde jus revocandi Domum habent, Vid. RULAND. de Commiss. P. I. L. I. C. 10. -- MOSER. von der deutschen Landstände Gerechtigkeiten, bei Einrichtung oder Abänderung derer Landesgesetze. in ejusd. Nebenst. P. 1. p. 77. sq. & P. 2. p. 165. sq.

## XVII.

Quid porrò Juris, & qualis obtineat procedendi Modus in Controversiis *Dominorum territorialium cum Ordinibus provincialibus & Subditis*, ubi specialiora non obstant Pacta (1) ipsæ Imperii Leges strictiùs definiunt. (2)

- (1) [Lands-Verträge, Lands-Vereinigungen] etiam quò ad Principes eccl. die Wahl-Capitulationen: ad quæ sanctè servanda Principes, æquè ac Status & Subditi regulariter invicem obligantur. Desuper fusiùs coram. vid. HERTIUM. de Subject. Territ. §. 19.
- (2) Capit. art. XV. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 9. per totum -- confer tamen MOSERS. Abhandl. von deutschen Staats-Sachen. P. 2. p. 105. sqq. -- Vide ejusd. Abhandl. von Provisional-Verfügungen währenden Rechts-Streit zwischen Landesherren und derselben Landständen. P. 1. der Abhandl. von deutschen Staats-Sachen. N. 2. p. 117.

Præcipuam Superioritatis territorialis Partem constituit *Jus collectandi* (1) a prioribus olim quidem Limitibus circumscriptum (2) sensim verò novioribus Imperii Sanctionibus latius extensum, ut jam ipsarum vigore Cives provinciales ad *Munimenta Territorii* necessaria (3) sumtus *Legationum* (4) *Militiam* Imperii jussu alendam (5) *Subsidia pecuniaria Judicii Cameralis Sustentationi* destinata (6) & quæ id generis ad *Collectas provinciales* (7) pertinent, contribuere obligentur, eo tamen etiamnum moderamine, ut ultra Modum *Legibus Imperii* præscriptum inviti nequeant gravari, quin secus, ad *suprema Imperii Tribunalia* provocare, *Cæsarisque* Decisioni omnia committere permittatur. (8)

- (1) Jo. Jac. Moser. Grundzüge des Besteuerungs-Rechts der deutschen Reichsstände. in ejusd. Abhandl. von D. Staats-Sachen. P. 1. p. 155. sqq. -- Diet. Herm. KAMMERICH. de jure Collectarum provincialium. Jen. 1732.
- (2) Certè jam olim ea, quæ ad communem Imperii necessitatem spectabant, in singulis Territoriis ipsi Principes ex Bonis suis Domantialibus ferebant, nisi quod Cives territorii ad preces Principis, eorum partem susciperent: quod quum liberæ ipsorum voluntati deberetur, ejusmodi Subsidia pecuniaria simpliciter charitativa, *Præcarizæ* cæd *Beden* adpellabantur. Vide de SELCHOW. Elem. jur. publ. §. 446. -- Dav. Ge. STRUBE. vom Steuerwesen und des D. Adels Steuer-Freiheit. T. 2. der Nebenst. p. 405. sqq. -- idem: de Collectarum & Aerariorum provincialium Origine. In Observ. Jur. & Hist. germ. p. 86. 156.
- (3) R. I. N. §. 180. -- cujus §. Historiam atque Argumenta disertè prosequitur cl. STRUBE. T. IV. der Nebenst. p. 458. sqq.
- (4) Scilicet ad Comitiam, vel Deputationes, vel ad Circulos Imperii. Vide ANONYMUM: ob die Kosten der Legation eines am R. Hof accreditirten Reichsfürstlichen Ministri, aus des ablegirenden Reichsfürstens Landes-Steuren oder Kammer-Einkünften zu bestreiten seyen? 1757. -- Vide Resolutionem Cæsaream d. 19. Jun. 1670. in Corp. jur. publ. p. 1076.
- (5) R. I. 1543. §. 24. sqq. -- item. 1555. §. 81. -- item. 1576. §. 11. & 16. -- item. R. I. N. §. 180. -- unde Militia, quæ ad Decus Familiæ, vel ut Fœderibus satisfiat, [Haus und Auxiliar-Truppen] à Principe cogitur, Subditorum sumtibus ali non debet, nisi fortè in Territorio consensu Civium plus Principi tribuatur, quàm Leges Imperii præcipiunt. Vide Corp. jur. publ. 1077. sqq. -- Gottl. Sam. TRÉVER. de Studiis nimizæ Libertatis. §. 13. & 14. p. 37. sqq. -- cf. Moser: wie viel Soldaten eines D. Reichsstandes Land zu erhalten schuldig seye? P. 1. der Abhandl. von Staats-Sachen. p. 1. sqq. -- huc facit sexta Exercit. nostr. de jure Belli & Pacis. §. XXI. N. 3.
- (6) [Die Kammer-Zieler] Corp. jur. publ. p. 1279. & 1342. -- vide MOSERI Nebenst. P. 5. p. 707. sqq. -- conf. quintam Exercit. nostr. de Dominio eminenti. §. IV. N. 8. & 10.
- (7) Quæ duplicis potissimum sunt formæ, pro ut vel in commoda Imperii, vel Territorii exiguntur, & hinc in Reichs-Steuren & Land-Steuren dividuntur: in quem utrumque finem proportionata exiguntur Tributa, penduntur Vestigalia, quæ in specie referuntur: Accise, Licent, Mauth, Consumtions- und Muster-Steuer etc. vide quintam Exercit. nostr. de Dominio eminenti. §. I. II. & III. cum Notis -- cf. Jo. Henr. DE JUSTI. von Einrichtung der Steuern und Abgaben in einem Staat. in ejusd. Finanz-Schriften. T. 1. p. 365. sqq. -- Chr. WILDVOGEL. de jure Collectarum. Jen. 1694. -- de SELCHOW. Elem. jur. germ. §. 223. sqq.
- (8) Exemplum esse potest causa Mecklenburgica, & quæ in nostram Ætatem incidit, Württembergica: de quâ succinctè exposuit MOSERUS in Reichsstaats-Handbuch. p. 442. sqq. -- Idem: von Recces-widrigen oder unbewilligten Landsteuren gewaltsamer Vertreibung und schuldiger Wiedererstattung, P. 1. der Abhandl. D. Staats-Sachen. p. 157. sqq. -- cf. Capit. art. XIX. §. 7.

Quum *Jus forestale*, eum *venandi cum Banno ferino* (1) non tam ex ipsa *Superioritatis territorialis*, quam potius *Dominii* indole derivari oporteat, adeoque perperam *Regalium* numero accenseatur (2) hinc Omnes, qui illud in *Territoriis Statuum Imperii* sive Privilegio, sive Observantia, sive alio quocunque justo Titulo adquisiverunt, in quieto ejus Exercitio absolute tuendos esse, jure statuitur. (3)

- (1) [Waldbau, Bannforst] Chr. Gottl. RICCI. Entwurf von der in Deutschland üblichen Jagd-Gerechtheit. Nürnberg. 1736. -- Jo. Jac. REINHARD. jus forestale Germanorum. Frf. 1759. -- Jo. God. BECK. von der forstlichen Obrigkeit, Forst-Gerechtheit, und Waldbau. cum Suplem. Lips. 1767. -- Frid. Vlr. STRASSER. Forst- und Jagd-Historie der Deutschen. Lips. 1754. -- conf. FRITSCH. Corpus juris Venatorio-forestalis. Lips. 1702.
- (2) Quatenus ex usu Germaniæ tam antiquæ, quam mediæ, id ipsum jus nullo modo in Regalibus positum, sed Prædiorum Pertinentiis unice adscriptum esse dignoscitur: vnde Foresta Germaniæ omnia vel publica sunt, vel privata: uti verò hæc in privatorum etiam Subditorum, sic illa in omnimodo Principum Dominio constituta, plerumque vocantur: BANNARIA [Bannforsten] à Solenni Prohibitione juris cum venandi, tum lignandi, soli in eisdem Principi competentis: quod si Princeps ejusmodi Forestam possideat, ipsa tamen in eo Dominii natura haud mutatur: quod enim vulgo Regale Foresti, aut Superioritas forestalis audiat, si dicendum quod res est, solo continetur Principis iure Utum Forestam dirigendi in salutem Territorii. Vid. de SELCHOW. Elem. jur. publ. §. 469. -- ejusd. Elem. jur. germ. §. 284. sqq. & §. 535. sqq. -- conf. Jo. Vlr. L. B. de CRAMER. Vindiciæ Regalis juris venandi. Marp. 1740. -- Dav. Ge. STRUBEN. Vindiciæ juris venandi Nobilitatis germ. Hildesf. & Brunsv. 1739. -- de CRAMER. Wezlarische Nebenst. P. 5. p. 37. sqq.
- (3) Jo. Henr. WOLFART. de eo, quod in Germania justum est circa Bannum ferinum in alieno Territorio adquisitum. Marp. 1730. -- conf. PÜTTERI. Sammlung auserlesener Rechtsfälle. P. 2. p. 416. sqq. & p. 431. sqq.

*Jura Statuum territorialia* in eo vel maximè resplendent *Majestatis æmula*, quod præter *Potestatem legislativam* (1) atque *judiciariam*, eum *supremam Jurisdictionem* (2) eamque univalem, per totum cujusque *Territorium* circumfusam, sub se comprehendant quoque Regia hæc *Jura Belli & Pacis* (3) *Fæderum* (4) atque *Legationum* (5) cum hæc tamen Limitatione, ut salva in omnibus maneat *Legum Imperii publicarum ac fundamentalium* Observantia. (6)

- (1) Quam ipsæ Imperii Leges disertis verbis agnoscunt, quæ aded suprema imperii Tribunalia compellunt, ut in decidendis causis controversis Rationem imprimis habeant Legum Imperii atque Provincialium. C. O. C. P. 1. T. 19. & 71. -- Ordin. Jud. Imp. Aul. T. 1. §. 15. & T. 7. §. 21. & 24. -- R. I. N. d. a. 1654. §. 105. [sollen beide Gerichte in keiner Sache allein auf ihr Gutbedanken und eigensinnige Meinung, sondern nach den Reichs-Gesetzen, wie auch nach ehrbarn Ländischen Ordnungen, Statuten, und redlichen Gewohnheiten der Fürstenthümer, Herrschaften etc. des Gerichts-Urtheil fassen etc. weswegen dann auch alle geschriebene Reichs-Gesetze, und der Stände Privilegia, auf der Reichs-Hofraths-Tafel, damit man sich deren in zweifelhaften Fällen gebrauchen könne, stets vorhanden seyn, und von selbiger Potestate Leges ferendi. Viteb. 1750. -- conf. HERTII. Diff. de Consultationibus, Legibus, & Judiciis, in specialibus Imperii Ruo-germanici Rebuspublicis, Vol. 1. T. 2. p. 406.



- (2) Nec Imperatori integrum est, fines Jurisdictionis territorialis Statuum, sive in Civilibus, sive Criminalibus, præsertim in Causis Feudalibus turbare: Capit. art. 1. §. 8. 9. -- & art. 21. §. 1. 2. 3. -- ipsum aded Jus Fiscum Cæsarum Privilegiis, tum Observantiâ contigit Statibus, postquam à longo inde tempore Jurisdictionem nacti essent; falsò igitur Jus Fiscum effectibus Jurisdictionis territorialis adscribitur: vid. J. P. O. art. 8. §. 4. -- Capit. art. 21. §. 4. -- God. Lud. MENKE. de jure Fiscum mero Imperio coherentem. Viteb. 1735. §. 9. p. 18. sqq. -- de SÆLCHOW. Elem. jur. germ. §. 305. -- Pfeffinger, T. 3. p. 1513. -- Frid. Puffendorf, de jurisdictione germanica. -- Henr. Hildebrand, de jurisdictione univèrsâ secundum Mores hodiernos considerata. Alt. 1714. -- Henr. Cocceji, de fundatâ in Territorio & plurimorum Locorum concurrente potestate. Frf. 1684. -- cf. Moser. wie weit sich die Landesherrliche Gewalt erstreckt, den Cammer-Collegien zugleich auch Justiz-Sachen anzuvertrauen? in ejusd. Nebenst. P. 3. p. 434. -- Nic. Myleri ab Ehrenbach Hyparchologia de Officialibus & Magistratibus. Stutg. 1674. -- Jo. Paul. Kress, de jure Officiorum & Officialium. Helmst. 1732.
- (3) Quippe Domino territoriali, æquè ac alteri summo Principi, vi supremæ Advocatiæ obligatio incumbit, Cives suos adversus aliorum Extraneorum insultus, tutos præstare, id quod sine Milite, consequenter citra Jus Belli & Pacis nequit efficere: ex quo fundamento ipsa Militiæ provincialis legendæ Facultas promanat, ut inde Statibus sit jus Armandiæ & Sequelæ, vi cujus Nobilibus quoque Landsässis servitia militaria imperantur, & Cives alibi Stipendia merentes in Patriam revocantur, ut eidem sua præsent servitia. -- Vid. Jo. Sam. Stryk. de Militiâ lectâ provinciali. Hal. 1705. Jo. Jac. Moser. Abhandl. von der Nöthigung der Unterthanen zu regulärem Kriegsdiensten. in ejusd. Samml. von Reichs-Sachen. T. 2. N. 4. -- Just. Ge. Chladenius. de jure avocandi Vasallos Exteris militantes speciatim Ordinibus Imperii, vi Territorii vindicato. Viteb. 1731. -- præterea in sollemni Bello Imperii omnes ac singuli Status certum militum numerum, Matriculâ definitum, sistere coguntur, quin ipsis integrum sit, neutras partes sequi. Vid. sextam Exercit. nostr. de jure Belli & Pacis. §. XXI. N. 3. 4. -- quàmvis verò hoc Belli Jus ipsis Imperii Statibus inter se nullatenus competat, idque vi Pacis publicæ 1548. T. 2. 3. & J. P. O. art. 17. §. 7. attamen non nulli sunt Casus, in quibus salvis Imperii Legibus arma sumere licet, quin prius absolutè opus fuerit, jure experiiri: Capit. art. 8. §. 16. & 20. -- item: art. 15. §. 8. -- huc facit quoque J. P. O. art. 17. §. 6. -- vide Dav. Ge. Strube. von erlaubten und unerlaubten Kriegen der D. Reichsstände widereinander. Frf. 1758. -- Ge. Lud. Boehmer. Diss. de Principe Romani Imperii, jus suum armis prosequente. Gœtt. 1745. -- Jo. Jac. Sündermaler. de Potestate jus suum Vi & Armis prosequendi in Imperio haud permissâ, Vulgo von der Selbst-Hülfe. Wirceb. 1752. -- Dan. Ge. Strube. von der im Westph. Frieden erlaubten Selbst-Hülfe. in ejusd. T. IV. der Nebenst. p. 155. sqq. -- huc pertinent: Jo. Balth. Wernher. de jure Repressaliarum inter Principes Imperii. Viteb. 1715. -- Lud. Mart. Kahle. de justis Repressaliarum Limitibus. Gœtt. 1746. -- Nic. Myleri ab Ehrenbach. Stratalogia Statuum Imperii germ. sive militandi Libertas Germanorum. Vlm. 1710. -- Disceptationes Dn. de Henniges inter & Thomasiuum. de jure Belli Offensivi Ordinum Imperii, extant in Observat. Hallens. T. 3. p. 155. sqq. T. 4. p. 94. & T. 6. p. 378. sq.
- (4) J. P. O. art. 8. §. 2. -- Capit. art. 6. §. 4. & 5. -- Vnde ipsum Jus Fœderum Statibus Imperii in univèrsum jam olim competens, novioribus hisce Legibus perpetuè confirmatum esse deprehenditur, sive ejusmodi Fœdera inter ipsos Status, sive cum Exteris ineantur, modò nihil contineant, quod communi Statuum vinculo erga Rempublicam germ. obesse videatur. Jac. BRUNNEMANN. de Fœderibus Statuum Imperii cum Exteris. Hal. 1703. -- Jo. Jac. MASCOV. de jure Fœderum in S. R. I. Lips. 1726. cf. sextam Exercit. nostr. de jure Belli & Pacis, Fœderum atque Legatorum. §. XIII. sqq. & §. XXIV.
- (5) Capit. art. 23. §. 2. -- mittunt quippe Status Imp. Legatos tam ad Cæsarem, & Reges, exterasque Respublicas, & Gentes, quàm inter se invicem: uti verò dispar est ipsorum invicem Dignitas ac Potentia, sic nec circa Legationis Jura & Honores, omnia omnibus æqualiter conveniunt: sic inter Electores ac Principes antiquæ Profapiæ, gravis exarsit Contentio super jure mittendi Legatos primi Ordinis: Electores scilicet, Regiis hono-

Honoribus insigniti, hanc Ordinis sui prerogativam esse statuentes, Principibus idem jus tribuere dubitarunt, atque intuitu Axiomatis Excellentiae, primae Salutationis, aliarumque Sollemnitatum ac Ceremoniarum, non exiguam praerogativam Principum prerogativam postularunt: cui rei licet acriter resisterint Principes, Electores tamen in ipsa Aula Caesarea gradum tenuerunt, Principibus hac in re cedere, omnino hucusque recusantibus. Vid. Selecta jur. publ. T. V. p. 353, sqq. -- Imò aded Electorum Legati nec ipsis cedunt Principibus utut personaliter in Comitibus praesentibus, quorum inde gravamina vide ap. Moserum. T. III. p. 60. -- conf. Capit. art. 3. §. 21. -- praeterà in ipso comitali Conventu varia plurimaeque gliscunt de diverso diversorum Legatorum caractere, praecedentiâ, Titulis atque Ceremoniis Dissensiones, haftenus necdum definitae. Vid. Koenig. von den deutschen Reichs-Tagen. C. 2. §. 119. sq. -- Jo. Ge. Kulpisii. Diss. de Legationibus Statuum Imperii. Giesl. 1678. -- Casarini FÜRSTENERII. Anonym. [Leibnitii] de jure Suprematis & Legationis Principum Germaniae, Nrb. 1678. -- Just. PRÉSNEUTA, Anonym. [Heuniges] de jure Legationis Statuum Imperii. 1701. -- Jo. Pet. LUDWIG. de jure adlegandi Ordinum S. R. I. Hal. 1704. -- Ant. SCHMIDT. de jure adlegandi Statuum Imperii. Heidel. 1762. -- de WIQUEFORT l'Ambassadeur & ses Fonctions. Section. IV. "les Princes d'Allemagne sont en Droit de se faire représenter par des Ambassadeurs" p. 39. -- conf. sextam Exercitat. nostr. de jure Legatorum. §. XXVI. sqq. & §. XXX. cum Notis.

- (6) J. P. O. art. 8. §. 2. in fin. -- Capit. art. 6. §. 4. in fin. vbi: "und das dies alles nicht wider uns den regierenden R. Kayser und das Reich, noch wider den allgemeinen Landfrieden, auch Münster- und Osnabrückischen Friedensschluß, sondern nach laut desselben, und unverletzt des Eydes geschehe, womit ein jeder Stand dem regierenden R. Kayser und dem Heil. R. Reich verwandt ist"

### XXI.

Quàmvis porrò dubium non sit, omnes & singulos *Status* communi *Legum Imperii* vinculo contineri, atque indè ad illarum Observantiam ità regulariter obligari, ut ea *Legum Imperii* Capita, quæ *Statum publicum* concernunt, contrariâ *Legislatione* in *Territoriis* suis evertere non valeant (1) hæc *Regula* tamen *Exceptionem* patitur in *Causis privatis*, *Lege Imperii* decisis, quæ pro diversâ singulorum *Territoriorum* indole, statu & formâ, liberè à *Dominis territorialibus* immutari posse, tum ipsis *Legum Imperii Sanctionibus* (2) tum *Analogiâ* (3) atque aded *Vsu quotidiano* edocemur. (4)

- (1) Quatenus omnes Imperii Leges in univèrsum communi Imperatoris & Statuum consensu conduntur, ut nec aliâ Ratione immutari possint, & omnes aded Status, etiãsi forte vntis aut alter Sententiam suam in iis condendis haud dixerit, ipsarum vinculo contineantur. R. I. 1541. §. 66. sq. -- item: 1542. §. 121. -- Vid. alteram Exercitat. nostr. de Monarcha & Juribus Majestatis immanentibus. T. VI. de jure ferendarum Legum. §. III. N. 3.
- (2) *Polizey-Ordnung*, d. a. 1548. T. 37. §. 7. vbi: "nach eines jeden Orts-Gelegenheit" -- *Conclusum* Imp. d. a. 1731. von Abschaffung der Handwerks-Mißbräuche. §. 1. vbi: "wie dann ohnedem jedem Reichsstande nach Gelegenheit der Zeit, der Läufe und Umstände, kraft besigender Regalien, alle Landesherrliche Gewalt, und in Ansehung derselben, die Abänderung -- vorbehalten bleibet"
- (3) De quâ difertè Chr. THOMASIVS, in Diss. de Statuum Imperii Potestate legislatoria contra jus commune, Hal. 1703.
- (4) Quatenus Salus Reipublicæ suprema Lex est: ut Statibus Imperii liberum esse debeat, etiãsi contrâ *Recessus* utut univèrsales, ejusmodi condere *Leges privatas*, quales specialis cujusque Reipublicæ Salus exigere videtur. Vnde STRYKIUS, in vsu Mod. T. X. L. 1. §. 2. dicit: "vix Provinciam dare in Imperio, vbi non habeantur Statuta & Consuetudines Imperii *Recessibus* adversantes." vid. Vir. Frid. BECK. de Legibus ad statum cujuslibet applicandis, & de jure recedendi à Constitutionibus Imperii, Statibus competente -- conf. SCHRÖTTERI. österreichisch. Staats-R. T. IV, p. 93. sqq. -- de Seichow. Jurist. Biblioth. T. 2. p. 405. sq.

Quemadmodum Superioritas territorialis acquiritur vel originario: I. In feudatione (1) — II. Pactis & Transactionibus (2) — III. Præscriptione adversus Imperium (3) — vel derivativè: & quidem in Terris ecclesiasticis Electione (4) àc vel Postulatione (5) in Terris verò sæcularibus Successione (6) tum demùm Præscriptione adversus alium Imperii Statum (7) ita Superioritas territorialis amittitur omnibus illis Modis, quibus ipsum Territorium amitti potest (8) nimirum: I. Exemptione (9) — II. Præscriptione (10) — II. Declaratione in Bannum (11) — IV. Transitione Catholici Principis ecclesiastici ad Castra Protestantium. (12)

- (1) Vnde omnes & singuli Status, communi Nexu feudali, Cæsari & Imperio sunt obnoxii: quatenus scilicet ipsam Superioritatem territorialem recognoscunt ab Imperatore, mediante Investiturâ, Imperii nomine ipsis Jure feudi factâ. Vid. Schwederum. Sect. 2. C. 10. N. 8.
- (2) Quarum Exempla vide in der neuen Staats-Rechts-Lexicon, T. XVI. p. 563. -- item: in den neuesten Staats-Angelegenheiten. T. 1. p. 116.
- (3) ad quam requiritur Tempus immemorabile juxta R. I. August. d. a. 1584. §. 56. & 40. ubi Exemptio in Menschen-Gedächtniß præscribi dicitur: nec inde sequitur, tale præcisè requiri tempus, quod superat annos centum, quatenus hic existimetur ultimus humanæ vitæ terminus. Sixtin. de Regal. L. 1. C. 5. N. 139. -- sic in J. P. O. art. 8. §. 4. provocatur ad Jura longo vsu possessa. -- vid. Capit. Leopoldi & Josephi I. Imp. art. 3. -- Henninges. de Superioritate territoriali. §. 20. -- Hertius. de eadem §. 61. -- Mich. Grassl. Diss. de Præscriptione Superioritatis territorialis acquisitivâ. Tü b. 1727.
- (4) Vid. Jus eccl. de Elect. & Electi Potestate -- cf. Geor. Chr. Nell er. sacrae Electionis Processus. Treveris. 1756. item: ejusd. Thematis. Diss. priorem pro Complem. subsequ. -- huc facit J. P. O. art. V. §. 16.
- (5) Huc facit: Anonymi Critica curiosa ad prætensam facti Speciem & Remonstracionem non existentis Electionis Seren. Principis Josephi Clementis &c. pro firmandâ prætensâ Postulatione Emi. Cardinalis de Fürstenberg. 1688. 12.
- (6) Per quam Superioritas territorialis non tam propriè acquiritur, quam potius acquisita in Successores transmittitur -- de Successione Electorum Sæc. vide Auream Bullam. C. 7. -- de Successione Familiarum Germaniæ illustrium, eruditissimè differit cl. Pütter in jure privato Principum. Gœtt, 1768.
- (7) Cujus Probatio ritè peragitur, ubi quis omnia jura, ipsam Superioritatis territorialis substantiam ingredientia, se longo Vsu quietè exercuisse evicerit: quâ in re tamen cautè admòdum procedi debet, ne quis ex dimisso aut concessio vno alterove Juris territorialis effectu, omnem aded Superioritatem extinctam, aut acquisitam esse, sibi persuadeat. Vnde nec quacumque Superioritatis territorialis. Signa, ubi de eadem probandâ agitur, sine cautione admittenda sunt: veluti in primis Homagii Præstatio, ut probè discernatur Homagium territoriale, à patrimoniali, vel aliâ Sacramenti Fidelitatis specie: similiter Comparitio in Comitibus provincialibus, ut distinguatur, vtrum in qualitate subjectionis, an aliâ mente facta sit? -- denique singulorum Regalium Exercitium, veluti Jurisdictionis species, jus collendi &c. ut adpareat, an ejusmodi Exercitium verè Superioritatis, an forte Servitutis jure Locum habeat? -- & quæ demùm alia Superioritatis Signa qualitercunque huc possunt referri; veluti circa Preces in Ecclesia pro Salute Domini territorialis fundendas, circa Sollemnia Lætitiæ Lustusve publici, & quæ sunt reliqua. Vid. Pütter in Inst. jur. publ. L. XIII. C. 2. de controversiis super Immedietate vel Exemptione. §. 456. sqq. conf. Strube, Nebenst. T. IV. p. 141. sqq. -- de Cramer, Begl. Nebenst. P. VII. p. 1. sqq.

(8) Ipsa enim Superioritas territorialis tanquam Jus reale, subsistit in re, quâ [velut Fundamentum] amissâ, amplius subsistere non potest.

(9) Vi cujus plurima Imperii Membra, antea Manifestò i m m e d i a t a in subjectionem territorialem suere redacta: quæ species jacturæ est, quam Imperium circa Membra sua patitur, qualis generatim vocari solet Exemptio, quâ ex immediato Territorio, mediatum efficitur, isque Eximens, qui alterum sibi subjicit: Exemptus, qui subjecitur, audit -- ejusmodi Exemptio autem vel cum Onere fit, ubi Eximens Onera Imperii, quæ aliàs Exempto incumberebant, Loco Exempti suscipit: aut sine Onere, sin secus -- utroque autem casu non solum Exempto contra Eximentem, sed & Fiscali Imperii contra utrumque est jus agendi. R. I. 1548. §. 53. sq. item: 1570. §. 48. -- Capit. art. 5. §. 10. -- Vid. P f e n n i n g e r L. 2. p. 1037. -- excipiuntur tamen Exemptiones, quæ Successionis aliove justo Titulo ad alium modò Territoriorum exemptorum Possessorem jam sunt devoluta, quibus potissimum quadrat R. I. 1548. §. 52.

(10) Vide supra N. 3. & 7. h. §.

(11) [des Reichs-Ncht und Ober-Ncht] causæ verò Statuum criminales, & in quibus poena Banni ceterò Proscriptionis locum habet, summis quidem Imperii Tribunalibus vindicantur, ita tamen, ut Acta, in alterutro Tribunali ad Sententiam usque instructa, directè ad Comitata transmitti debeant, ubi per Deputatos jure jurando obstrictos, ex tribus Imperii Collegiis, æquali Religionis numero constituendos examinantur: quorum factâ Cognitione, ab universis Imperii Statibus fertur Sententia, ab Imperatore cum firmanda, tum Executioni demandanda. Capit. art. 20. §. 1. sqq. per totum -- Moser. von Reichstags-Geschäften. p. 181. sqq. -- Jo. Phil. Carrach. Bericht von der Reichs-Ncht. §. 11. 1758. -- Louis Schmidt. Essai de l'Histoire du Ban, ou du vingtième Article de la Capitulation. Jene. 1761. -- Lud. Bern. de Zech. de Proscriptione Statuum Imperii. Lips. 1735. -- conf. tertiam Exercitat. nostr. de suprema Potestate judiciaria, Tit. ad VII. pertinente. §. X. -- huc faciunt. J. P. O. art. 8. §. 3. -- Capit. art. 1. §. 3. & 4. -- R. I. N. §. 162.

(12) Vigore Reservati ecclesiastici [geistlicher Vorbehalt] J. P. O. art. 5. §. 15. -- P. Rel. Aug. 1555. §. 18. in Corp. jur. publ. p. 161. -- scilicet Paci Religionis Augusti, inferebatur Clausula: omnes cujuscunque Dignitatis Prælatos eccl. ejerata Religione Rno-catholicâ, ad Castra Protestantium transiuros, omnibus Territoriis Juribusque ecclesiasticis salvâ tamen Existimatione, privandos esse: quæ ipsa Sanctio à Statibus A. C. A. u. t. o. n. o. m. i. a. m. [die Freystellung der Religion] summopere urgentibus, acriter fuit impugnata, tandem verò Pacis Westphalicæ tabulis agnita, ad ipsos quoque Protestantes fuit extensa -- nequaquam verò hæc Extensio trahenda est ad Possessores illorum Territoriorum, atque Bonorum, quæ quondam ad Dignitates eccl. ceterò Episcopatus & Prælaturas pertinuerunt, sed mediante sic dictâ Secularisatione in Statuum protestantium Potestatem pleno jure translata, eorumque Domaniis adjecta sunt, idedque quisque Princeps evangelicus talia Bona atque Territoria per Secularisationem appropriata possidens, mutatâ Religione, illa omninò retinebit, atque hinc Titulo Ecclesiarum penitus extinctarum, sive Cathedralium, sive Abbatialium, ac vel Collegiatarum Jus non est, novum Duce m ex Religione acatholica postulandi, cum Postulatio sive Electio sit quidem Possessionis causa in ipsis Episcopis, aut Prælatis, in hujusmodi verò Bonis atque Territoriis, Statibus per Pacificationes perpetuè appropriatis, nihil Juris ecclesiastici remanere censeatur, idque juxta propria aded Protestantium principia. Beehmer. J. E. P. Tom. 2. Lib. 3. Tit. 10. §. 44. -- Adamus Adami Arcana Pacis Westph. -- Vlr. Obrecht, de Reservato eccl. -- Franc. Dom. Haebertin. Diss. de Reservato eccl. ex mente Pacis Religiosæ, ejusque effectibus & Fatis usque ad P. W. Helmst. 1755. -- conf. Sleidanum. L. 26. p. 854. -- Lehmanni. Acta Pacis Religiosæ. C. 13. sqq. -- Cortreji. Observat. ad Pacem Religiosam. p. 99. -- triste Reservati exemplum post Pacem Religiosam in Metropoli nostra Coloniensi, vide ap. Mich. ab Iffelt, de Bello Colon. -- cf. Adam, Adami, L. c. C. 8. p. 105.

POSITIO-